IOANNIS AUGUSTI VULLERS

INSTITUTIONES

LINGUAE PERSICAE

CUM

SANSCRITA ET ZENDICA LINGUA

COMPARATAE.

GISSAE,

PROST[redacted]ARIA J. RICKER.

MDCCCXL.

TYPIS SANSCRITIS ET ZENDICIS ACADEMIAE GISSENSIS
EX TYPOGRAPHIA C. LICHTENBERGERI.

Digitized by Google

VA1 1513944

Digitized by Google

VIRO ILLUSTRISSIMO

IUST. TIMOTH. BALTH. A LINDE

IURIS UTRIUSQUE ET PHILOSOPHIAE DOCTORI ACADEMIAE LUDOVICIANAE GISSENSIS CANCELLARIO MAGNO DUCI HASSIAE A CONSILIIS REIPUBLICAE GUBERNANDAE INTIMIS COLLEGII STUDIORUM MODERANDORUM SUPERIORIS DIRECTORI ORDINIS HASSIACI LUDOVICIANI PRAEFECTO ET AUSTRIACI LEOPOLDINI EQUITI

CUIUS AUSPICIIS

OMNIUM OMNINO LINGUARUM ET LITERARUM IMPRIMIS ORIENTALIUM STUDIA PROSPERRIME FLORENT

HAS INSTITUTIONES LINGUAE PERSICAE

SUMMAE REVERENTIAE ATQUE ADMIRATIONIS PUBLICUM MONUMENTUM EXSTARE VOLUIT

OBSERVANTISSIMUS DEDITISSIMUSQUE CULTOR

I. AUGUSTUS VULLERS.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO

Quamquam plures viri docti linguae persicae grammaticam scripserunt, tamen aut sanscriti sermonis non erant periti, aut in verborum formis grammaticis recte explicandis sanscritam linguam cum persica comparare prorsus neglexerunt. Sanscritae autem linguae comparatio quam sit necessaria ad persicam linguam critica ratione examinandam recteque perspiciendam, quum ex ipsa utriusque sermonis cognatione intelligitur, tum imprimis eo potest probari, quod plurimae persicorum ver-

Digitized by Google

borum formae earumque immutationes ex sanscritis deducendae atque explicandae videntur. Neque minus zendica quoque dialectus, quam, quod parum adhuc cognita est, ex parte tantum comparare licuit, ad Persarum sermonem accurate explicandum confert. Idem de ceteris, quae apud Persas olim floruerunt, dialectis est dicendum, quarum tamen comparatio, quum non satis bene notae atque exploratae sint, minus apte institui potest, ob eamque causam in hoc libro plane est omissa.

Persarum igitur sermonem cum sanscrito et zendico diligenter mihi comparanti in scribendis linguae persicae institutionibus plane nova via ingredienda erat. Primum autem omnium illud fuit, ut veram genuinamque rationem, quae est inter persicas ac sanscritas et zendicas literas, accurate exponerem exemplisque probarem; consonantium vero mutationes

Digitized by Google

seorsim sunt explicatae et ad certas regulas restrictae. In doctrina de nominibus numeralium imprimis et pronominum formae, comparatione cum sanscrita vel zendica lingua instituta, diligenter sunt illustratae. Verborum doctrina, quam in omnibus grammaticis persicis nimis confusam implicatamque invenies, nova ac simplici ratione, quae verbi radice nititur, tradita est. Ut nominum persicorum origo et derivatio optime perspici posset, omnia suffixa, quae substantivis et adiectivis formandis inserviunt, cum sanscritis comparata, ordine alphabetico sunt disposita eorumque cum vocibus coniungendi ratio multis exemplis est exposita. Denique quum in componendis nominibus Persae cum Indis optime consentiant, Indorum grammaticos secutus, sex classes proposui, in quas omnia composita apte distribui posse videantur.

Praeterea Persarum libris grammaticis ac-

curate perlectis indigenarum quoque formas explicandi rationem aut meam feci, aut refutare studui, si ea mihi falsa esse videbatur neque exemplis probanda, quae ad confirmandas regulas ex optimis Persarum libris fere semper sunt proposita. Quam ob causam praeter grammaticae epitomen, lexico Boorhani Qatiu [1]) praemissam, grammatica copiosa, quae lexico Seven Seas [2]) adiuncta est et Lumsdenii opus

---

1) برهان قاطع Boorhani Qatiu a dictionary of the persian language explained in Persian etc. with a short Grammar prefixed by Moohummud Hoosuen ibni Khuluf oot-tubreezee, poetically styled Boorhan, etc. by Thomas Roebuck. Calcutta 1818. fol.

2) هفت قلزم The Seven Seas a Dictionary and Grammar of the Persian Language by His Majesty ابو الظفر معز الدين شاه زمن غازى الدين حيدر پادشاه غازى The King of Oude in seven parts. Lucknow 1822. fol. — Tomo VII grammatica linguae persicae continetur.

Digitized by Google

grammaticum [1]), quod indigenarum auctoritate nititur, saepius in nostro libro laudantur.

Syntaxis linguae persicae in altera harum Institutionum parte, quam postea editurus sum, exponetur, cui etiam brevem de arte metrica Persarum descriptionem subiungam.

Denique non possum equidem finem praefationi imponere, quin praedicem summam Magni Ducis Hassiae augustissimi munificentiam et liberalitatem, qua sanscritis et zendicis typis Academia nostra Ludoviciana nuperrime est aucta et ornata. Porro maximas gratias agere debemus viro perillustri Iust. Timoth. Balth. a Linde, Academiae nostrae

---

[1]) A Grammar of the Persian Language comprising a portion of the elements of arabic inflexion together with some observations on the structure of either language, considered with reference to the principles of General Grammar in two volumes by M. Lumsden. Calcutta 1810. fol.

cancellario ac tutori optimo, cuius singulari studio atque benignitate effectum est, ut typorum illorum apparatu simus instructi, quo non solum huius libri edendi facultas mihi daretur, sed etiam, Indicis studiis laetius vacantes, alios quoque Indicarum literarum thesauros typis divulgare possemus. Postremo virorum doctorum in hoc opere perficiendo auxilium et adiumentum grata semper memoria prosequar.

Scribebam in Academia Ludoviciana Gissensi mense Ianuario MDCCCXL.

Digitized by Google

CONSPECTUS LIBRI.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 6 med. figura literae Lâm cum sequente connexae est ل, quae pro falsa ل reponenda est. — Pag. 41 lin. 2 lege: متقی et مُتَّقِی. — Pag. 50 lin. 10 lege: زمی *terra*. — Pag. 53 lin. 11 lege: praepositio. — Pag. 68 lin. antep. post *servus*, adde: Cf. etiam §. 256. p. 170. sub ـَـ ك. — Pag. 64. lin. 17 lege: quo راندة pro راندهٔ positum. — Pag. 85 lin. 8 lege: *trecentesimus*. — Pag. 86 lin. 16 lege: praepositis. — Pag. 95 lin. 10 lege: *tu noster es*. — Pag. 100 lin. 16 lege: quacum componitur pronomen, — Pag. 164 lin. 5 lege: composito. — Pag. 169 lin. ult. lege: असत्. — Pag. 177 lin. 4 lege: planius definita.

LITERAE.

1. Persae arabicis utuntur literarum formis, quas Arabum imperio subiecti cum suis commutasse videntur. Quum autem persica lingua non semiticae sit stirpis, sed cum linguarum familia, quam *Aricam* dicunt, cohaereat, Arabum scriptura, a persicae linguae natura et indole aliena, persicis literis exprimendis non omnino idonea esse poterat. Videmus igitur Persas non solum novas vocales et consonantes arabicis addidisse et quae duriores ipsis videbantur reiecisse, sed etiam literas, quas Arabes pronuntiando bene distinguunt, plane inter se confudisse.

2. Scripturae genus apud Persas usitatissimum est *Ta'lík* تعليق, e charactere arabico *Neskhi* نسخى, quo Persae quoque utuntur, ortum, penduloque literarum ductu, a quo nomen accepit, bene ab illo distinctum. Persicum quoque scribendi genus est *Nesta'lík* نستعليق,

quod neque Neskhi est neque Ta'lik, sed inter utrumque characterem quasi medium tenet. Epistolarum denique usui proprius est character, quem *Schikastah* شكستة i. e. *fractum* appellant et literarum ductu negligenti, implicato et ineleganti scribere solent. Vid. Ouseley Persian Miscellanies, an Essay to facilitate the reading of Persian Manuscripts. Lond. 1795. 4°.

Sequenti tabula, quae omnes exhibet persicarum literarum figuras et nomina una cum soni et numeri significatione, primo loco positae sunt vocales cum sanscritis et zendicis comparatae, deinde ceterae legendi notae, quas denique sequuntur consonantes ordine recepto dispositae et numerorum signa.

Digitized by Google

VOCALES.

	Nomina	Persicæ: initio vocum	Persicæ: medio vel fine vocum	Persicæ: significatio soni	Sanscritæ	Zendicæ
simplices	زبر Zabar ar. Fatha	اَ	ـَـ	a	अ	𐬀
simplices		آ seu اَا	ـَـا	â	आ	𐬁
simplices	زير Zèr ar. Kesra	اِ	ـِـ	i	इ	𐬌
simplices	ياى معروف Jaï ma'rùf	اِى	ـِـى	î	ई	𐬍
simplices	پيش Pèsch ar. Dhamma	اُ	ـُـ	u	उ	𐬎
simplices	واو معروف Vavi ma'ruf	اُو	ـُـو	û	ऊ	𐬏
diphthongi	ياى مجهول Jaï madschhùl	اِى	ـِـى	ê	ए	𐬉, 𐬆
diphthongi		اَى	ـَـى	ai	ऐ	[illegible]
diphthongi	واو مجهول Vavi madschhùl	اُو	ـُـو	ô	ओ	𐬋
diphthongi		اَو	ـَـو	au	औ	[illegible]

Annot. Vocales sanscritae linguae propriae sunt ऋ *ri* et ॠ *rî*, ऌ *lri* et ॡ *lrî*. Praeterea zendica lingua alias offert vocales breves 𐬈 ĕ, 𐬆 e et 𐬊 o. Vid. Bopp vergl. Gramm. p. 1. et 30—32.

Digitized by Google

LEGENDI NOTAE.

ـْ Dschezm (جزم), ـّ Teschdid (تشديد), ـٔ Hamza (همزه), ـٓ Medda (مدّه).

CONSONANTES.

Ordo	Nomina	Figuræ: haud connexarum	Figuræ connexarum: cum præcedente	Figuræ connexarum: utrinque	Figuræ connexarum: cum sequente	Significatio: soni	Significatio: numeri
1	Elif الف	ا	ﺎ			Spirit. len.	1
2	Bâ (بى) با	ب	ﺐ	ﺒ	ﺑ	b	2
3	Pê پى	پ	ﭗ	ﭙ	ﭘ	p	
4	Tâ (تى) تا	ت	ﺖ	ﺘ	ﺗ	t	400
*5	Thâ (ثى) ثا	ث	ﺚ	ﺜ	ﺛ	th angl. (s)	500
6	Dschîm جيم	ج	ﺞ	ﺠ	ﺟ	dsch	3
7	Tschê چى	چ	ﭻ	ﭽ	ﭼ	tsch	
*8	'Hâ (حى) حا	ح	ﺢ	ﺤ	ﺣ	'h	8
9	Khâ (خى) خا	خ	ﺦ	ﺨ	ﺧ	kh	600
10	Dâl دال	د	ﺪ			d	4
11	Dhâl ذال	ذ	ﺬ			dh, z	700
12	Râ (رى) را	ر	ﺮ			r	200
13	Zâ (زى) زا	ز	ﺰ			z gall.	7
14	Jê ژى	ژ	ﮋ			j gall.	
15	Sîn سين	س	ﺲ	ﺴ	ﺳ	s	60
16	Schîn شين	ش	ﺶ	ﺸ	ﺷ	sch	300
*17	Ssâd صاد	ص	ﺺ	ﺼ	ﺻ	(ss) s	90

CONSONANTES.

Ordo	Nomina	Figuræ haud connexarum	Figuræ connexarum: cum præcedente	Figuræ connexarum: utrinque	Figuræ connexarum: cum sequente	Significatio soni	Significatio numeri
*18	'Dâd ضاد	ض	ـض	ـضـ	ضـ	('d) z̧	800
*19	'Tâ (طى) طا	ط	ـط	ـطـ	طـ	('t) t	9
*20	'Zâ (ظى) ظا	ظ	ـظ	ـظـ	ظـ	('z, 'd) z	900
*21	'Aïn عين	ع	ـع	ـعـ	عـ	ʿ	70
22	Ghaïn غين	غ	ـغ	ـغـ	غـ	gh, g	1000
23	Fâ (فى) فا	ف	ـف	ـفـ	فـ	f	80
*24	Qâf قاف	ق	ـق	ـقـ	قـ	q	100
25	Kâf كاف	ك	ـك	ـكـ	كـ	k	20
26	Gâf ڭاف	ڭ	ـڭ	ـڭـ	ڭـ	g, gh	
27	Lâm لام	ل	ـل	ـلـ	لـ	l	30
28	Mîm ميم	م	ـم	ـمـ	مـ	m	40
29	Nûn نون	ن	ـن	ـنـ	نـ	n	50
30	Vâv واو	و	ـو			v	6
31	Hâ (هى) ها	ه	ـه	ـهـ	هـ	h	5
32	Jâ (يى) يا	ى	ـى	ـيـ	يـ	y	10
	Lâm-elif لاالف	لا	ـلا			la	

NUMERORUM SIGNA.

۱	۲	۳	۴	۵	۶	۷	۸	۹	۰
1	2	3	4	5	6	7	8	9	0

* **Consonantes arabicae asterisco notatae a Persis reiiciuntur vid. infra §. 21.**

SCRIPTURAE ET PRONUNTIATIONIS PRAECEPTA.

VOCALES.

3. Simplices Persarum vocales sunt arabicae *a*, *i* et *u*, quae arabice Fatha, Kesra et Dhamma appellantur, persice autem a scribendi ratione nomina زبر Zabar *supra*, زير Zêr *infra* et پيش Pèsch *ante* acceperunt, quum vocalium Zabar et Pèsch signa *supra*, vocalis autem Zêr signum *infra* consonantem ponant, e. g. بَ ba, بِ bi, بُ bu.

4. Vocalis Zabar sonus nativus est *a*, ut in Persarum provinciis teste Ouseley pronuntiatur; interdum, praesertim in fine vocum, vocalis brevis *e* sono redditur, rarius vocalis brevis sono *o*, quod tamen regulis definiri non potest, sed usu tantum et consuetudine confabulandi discendum est. — In persicis regionibus, Turcarum imperio subiectis, vocalis Zabar semper sono *e* pronuntiatur, sicuti etiam *ew* pro diphthongo *au* ـَو dicitur; sed in India sono *u* effertur, quam pronuntiandi rationem Angli, quum per multos annos cum magna Indorum parte persica lingua usi conversaren-

Digitized by Google

tur, suam fecerunt et in libros introduxerunt. Vid. Ouseley Travels in various countries of the East; more particularly Persia. Lond. 1819. tom. I. p. XIV. (10).

5. Longae vocales *á*, *í* et *ú* ut in arabica scriptura exprimuntur, coniungendo nimirum eadem vocalium Zabar, Zèr et Pèsch signa cum vocalium literis ا, ى et و, quae illis respondent e. g. بَا bà, بِى bì et بُو bû.

6. Longae vocalis *á* signum ا ـَ ut in arabica ita in persica quoque lingua nonnunquam sono *é* pronuntiatur, vergente nimirum sono *a* ad sonum *i*, quam grammatici إمالة *inclinationem* dicunt. Ita e. g. كتاب *liber*, حساب *computatio* al. pronuntiantur *kitéb* et *hiséb* vid. infra §. 95.

7. In quibusdam locis vocalium literae و et ى ea tantum de causa apponuntur, ut pronuntiatio vocalis antecedentis ـُ *u* et ـِ *i* accuratius definiatur, quod in lingua turcica usitatius est. Scribitur ergo مغل et مغول Moghul, اغلمش et اغلميش Oghlumisch. Vid. Seven Seas tom. VII. p. 37. l. 18.

8. Diphthongorum *é*, *ai*, *ó* et *au*, quae cum sanscritis numero et sono optime conveniunt, duae *ai* et

uu, quum in arabica quoque lingua reperiantur, arabice etiam exprimuntur, ut بَی bai et بَو bau; duae aliae autem *é* et *ó* re vera persici sunt soni et diphthongis sanscritis ए et ओ et zendicis 𐬉 vel 𐬇 et 𐬋 respondent. Persae, Arabum scripturae adstricti, hisce diphthongis, quae in arabico alphabeto omnino desunt, exprimendis eligebant quidem eadem longarum vocalium *í* et *ú* signa, sed nominibus pronuntiationem diversam bene distinxerunt, quum diphthongum *é Ja ignotum* یای مجهول et diphthongum *ó Vav ignotum* واو مجهول appellarent, oppositas vocalium *í* et *ú* sono, Arabibus noto ob eamque causam *Ja notum* یای معروف et *Vav notum* واو معروف denominato. Cf. Ouseley Travels etc. l. l. p. XIII. (8) et p. XIV. (9).

9. Diphthongum ـُو sono *ó* sanscr. ओ pronuntiandam esse, bene probant voces persicae cum sanscritis comparatae, ut. سُوگ sôg *luctus* s. शोक, گو gô *bos* s. गो zend. 𐬛𐬋𐬱, دُوش dôsch *humerus* s. दोस्. — Legendo autem difficillimum est sonos *ó* et *ú*, uno eodemque signo ـُو expressos, bene inter se discernere, quum discrimen illud praeceptis grammaticis non nitatur, sed magis ex usu pendeat. Interdum arabicae

quoque vocis vocalem ـُو diphthongi ó sono pronuntiandam esse docent Persarum grammatici, ut in voc. غول ghôl *daemonis species*. Vid. Secand. nam. p. 167. l. 1. 2. schol.

10. Minus autem difficile est diphthongum é a longa vocali í, eodem signo ـِی denotata discernere, quum haec pronuntiatio, si vocabula diphthongo é ـِی legenda excipias (§. 11.), maximam partem ad terminationem ـِی sit restricta, quae num é an í pronuntianda sit, praeceptis grammaticis infra exponendis bene definitur.

11. In media voce si vocalis ـِی diphthongi é sono pronuntianda est, vox sanscrita persicae respondens re vera hac diphthongo é scripta reperitur, ut میغ mêgh *nubes* s. मेघ, میش mêsch *ovis* s. मेष, دیو dêv *daemon* s. देव, گیسو gêsô *cirrus* s. केश.

Annot. Postrema vocis گیسو vocalis ـُو sine dubio est diphthongus ô ad analogiam voc. نیرو *robur*, quod diphthongo ô pronuntiandum esse diserte dicit Schol. ad Secand. nam. p. 10. l. 1.

12. Vocalium et diphthongorum in praecedenti tabula duae figurae sunt exhibitae, quarum prior, initio

Digitized by Google

vocis posita, a posteriori, medio et fine vocum scripta, eo tantum differt, ut vocalis semper praemissa litera ا exprimatur, cuius quasi fulcrum haberi potest. Quae scribendi ratio primaria arabicae scripturae lege nititur, ut omnes vocales semper consonans praecedat; quare Arabes vocali initiali literam ا, signo Hamza insignitam, praemittunt, qua, ut spiritu lenissimo, vocalis tanquam ex ore protrudatur. Idem scribendi genus Persae imitantur, eo tamen discrimine, ut litera ا signo Hamza careat.

13. In libris manuscriptis et impressis vocalium signa rarissime sunt apposita. In nostro libro, ut tot signorum concursus evitetur, vocales ـَ *a*, ـَا *á*, ـُو *ú*, *ó* et ـِی *í*, *é* raro tantum adscriptae reperiuntur.

LEGENDI NOTAE.

14. Praeter vocales Persae arabicas quoque legendi notas Dschezm, Teschdid, Hamzam et Meddam receperunt, quarum tamen duas priores scribendo exprimere non solent.

DSCHEZM.

15. Vocalis absentis signum arabicum Dschezm, quod supra literas ponitur, in persicis libris fere semper est omissum. Si autem scribendo exprimendum est, duarum literarum quiescentium, quae concurrunt, posterior tantum hac nota insignitur, ut مَرْدْ mard, گِرِفْتْ girift, كُشْتْ kuscht.

TESCHDID.

16. Teschdid omnis literae duplicatae, praeter literam ا, signum arabicum Persae ut lubet scribere aut omittere possunt. Qua de causa poetae persici modo Teschdid pronuntiant, modo negligunt, ut metri genus postulat (§§. 63. 70. 71.).

HAMZA.

17. Hamza in arabica lingua literae ا consonanti apponitur, in persica autem scriptura hoc signo litera ه finalis occulta (§. 44.) insignitur, si vocali brevi *i* est pronuntianda. Quae scribendi ratio natura huius literae nititur, quum ea tenuior sit, quam ut vocalem ferre queat (§. 107.). In apponenda autem literae ه finali occultae nota Hamza, vocalis *i*, qua-

cum pronuntiatur, plerumque est omissa, quum alia vocalis hic locum habere non possit; e. g. نامهٔ pro نامهٔ pro نامه.

Praecepta de scribendo signo Hamza infra suo loco copiosius exponentur.

18. Hamza est quoque nota mere orthographica, quae apponitur literae ى vocali *i* insignitae, si sequitur altera lit. ى quiescens. Scripto autem signo Hamza literae ى puncta diacritica omitti solent, ut آئِین, مئی, کئی, جائی al.

MEDDA.

19. Medda est duplicandi nota, literae ا propria et adhibetur, si initio vocis literam ا, vocali *a* pronuntiandam, sequitur altera lit. ا quiescens, quae signo Medda cum priori lit. ا in unam coniungitur. Inservit igitur haec nota exprimendae vocali longae initiali *á*, quae respondet sanscr. आ e. g. آفت *noxa* s. आपद् آب *nitor* s. आभा, آوردن *afferre* s. आ + भृ.

Pro آ libri impressi et manuscripti etiam exhibent duo Elif اا.

Nonnunquam codicum exaratores media quoque voce loco literae ا quiescentis eiectae Meddam scripse-

runt ut آكَهى pro آگاهى *peritia*, الَهى pro إلاهى *divinus.*

NUMERORUM SIGNA.

20. Numerorum signa, extrema tabula posita, sunt arabica, quae Persae una cum arabicis literis receperunt.

CONSONANTES.

21. Praecedenti tabula triginta duae literae consonantes continentur, quarum quatuor پ, چ, ژ et گ, tribus punctis diacriticis ab arabicis literis ب, ج, ز et ك bene distinctae, Persis sunt propriae ob eamque causam *persicae* فارسى s. عجمى appellantur, oppositae ceteris, quas dicunt *arabicas* عربى s. تازى. Viginti octo autem arabicarum literarum Persae octo reiecerunt, quum pronuntiatio, ut grammatici docent, difficilior haberetur. Vid. Seven Seas tom. VII. p. 4. l. 20. Boorh. qat. p. 4. l. 10. Lumsden *a Gramm.* tom. I. p. 28. Sunt literae ث, ح, ص, ض, ط, ظ, ع et ق in vocabulis vere persicis vix unquam adhibitae. Nihilominus paucae inveniuntur voces persicae, una alterave harum literarum scriptae, quarum tamen forma

recentior esse videtur et arabicae scripturae accommodata, quum antiquiorem et veram ipsi persicae linguae thesauri fere semper exhibeant. Ita e. g. pro طهمورث *Tahmiras* nom. regis, حيز *homo nequam*, شصت *sexaginta*, صد *centum*, طشت *pelvis maior*, طپيدن *huc illuc agitari*, طلا *aurum* al. antiquiores exstant formae تهمورس، هيز، شست، سد، تشت، تپيدن، تله. Adde schol. ad SECAND. NAM. p. 128. l. 13. طلا بمعنی ذهب بتای قرشت فارسی الاصل است که تله بهای مختفی بوده وهای مذکور بالف بدل شده مثل خاره وخارا ومتاخرین آنرا بطای حطی می نویسند مانند طپیدن.

Itaque persicum alphabetum proprie viginti quatuor constat literis, quae, ut tabula docet, aut separatae aut connexae scribuntur.

Ultima figura *Lam-elif* est litera composita ex ل Lam et ا Elif.

22. Nomina literarum sunt arabica a Persis recepta; eorum autem nominum, quae longa vocali *á* terminantur aeque ac nominum trium literarum پ, چ et ژ persica quoque forma in ےِ *é* loco *á* desinens

exstat, quam tabula uncis inclusam exhibet, ut بی, پی, تی, ثی, چی cet.

23. Quamquam Persae arabicas literas suis commutarunt, arabicam tamen pronuntiationem, a persicae linguae natura et indole plane alienam, non omnino recipere poterant. Difficillimum autem est sonum, quo Persae literam quamque arabicam pronuntiant, accurate definire, quum vera et perfecta pronuntiatio praeceptis disci non possit, sed praesentis tantum cum praesente sermone. Attamen adhibitis ipsorum Persarum et virorum doctorum, qui apud Persas degebant, de pronuntiatione praeceptis et comparatione cum sanscritis et zendicis literis instituta, singulae cuiusque persicae literae vis et significatio sequentibus indicabitur.

ا

24. Lit. ا est spiritus lenis, quo vocalis, initio vocis aut syllabae posita, quasi ex ore protruditur. In arabica lingua lit. ا tum semper signo Hamza est affecta (§. 12.). — Si autem medio aut fine syllabae reperitur, semper est litera quiescens, quae vocali lon-

gae *á* formandae inservit (§. 5.). Interdum etiam idem signum إ sono *é* pronuntiatur (§§. 6. 95.).

Sanscritae voces, quae a duabus consonantibus incipiunt, persice scriptae literam ا vocali affectam plerumque praepositam habent (§. 48.), ut भ्रू *supercilium* p. اَبرُو, स्थावर् *firmus* p. اُستوار, स्था *stare* p. اِستادن.

ب et پ.

25. Labiali ب *b* leniori Persae alteram labialem asperam پ *p* addiderunt, quarum prior zendicae *b* sanscr. ब eiusque aspiratae भ *bh* plerumque respondet, posterior autem zendicae *p*, sanscr. प e. g. بستن *ligare*, imp. بند, cll. z. bas'ta *ligatus* et s. बन्ध्, بُودن *esse* cll. z. bavaiti *est* s. भू, بُرادر *frater* z. brâtar s. भ्रातृ, شب *nox* s. क्षपा, پا *pes* s. पद्, पाद् z. pâdha, پُر *plenus* s. पूर्ण z. pĕrĕnô al. Rarius sanscr. tenuem प *p* litera ب et aspiratam भ *bh* litera پ expressam reperimus, ut ابر seu بر *supra* s. उपरि, پوشيدن *tegere* s. भूष्. — Saepe autem utraque persica litera ب et پ, inprimis prior, sanscritae व *v* respondet e. g. بيست *viginti* s. विंशति z. vîs'aiti, باد *ventus* s. वात, بهار *ver* s.

विव्हार, بی *sine* s. वि, بیخ *radix* s. वीज, پیکار *bellum* s. विग्रह, سپید *albus* s. श्वेत, اسپ *equus* s. अश्व, چپ vel چپ *sinister* s. सव्य. — Denique sanscrita aspirata भ, ni fallor, persica compositione بخ interdum redditur e. g. بخشیدن *donare* est s. भज्, quum lit. ش respondeat s. ज ut in voc. سرشتن *subigere* s. सृज् (vid. infra §. 34. sub ش), بخت *fortuna* cll. s. भग, भाग et भक्त ab eadem rad. भज्.

ت

26. Lit. ت est sanscrita dentalis त zend. ꬻ *t* ut تن *corpus* s. तनु z. ꬻꬻꬻ tanu. Interdum eiusdem aspiratae quoque थ *th* respondet, ut استادن *stare* s. स्था.

ث

27. Literam ث Arabes ut Anglorum *th* pronuntiant, Persae autem ut Arabes hodierni sono literae س *s* aut ت *t* efferunt, quibuscum etiam commutatur, ut طهمورس et طهمورث *Tahmûras* rex, کیومرت et کیومرث *Kajumart* rex. Est litera a Persis reiecta.

ج et چ

28. Lit. ج *dsch* arabica ad persicam چ *tsch* eandem habet rationem, atque ب ad پ. Sunt literae

palatinae, quarum posterior چ est sanscrita tenuis च z. 𐬗 et prior ج sanscrita media ज z. 𐬘 e. g. جهان *mundus* s. जगत्, چيدن *legere*, *colligere* s. चि, چرم *corium* s. चर्मन्. Interdum tamen lit. ج etiam sanscritae tenui च respondet e. g. پنج *quinque* s. पञ्चन् z. 𐬞𐬀𐬧𐬗𐬀𐬥 pantschan. Ut autem z. 𐬘 *dsch* saepius cum lit. sibilanti 𐬰 *z* vel 𐬱 *sch* permutatur, ita quoque loco persicae palatinae mediae ج lit. sibilans ز posita legitur, e. g. زاده *natus* z. 𐬰𐬁𐬙𐬀 zâta s. जात, زانو *genu* z. 𐬱𐬥𐬎 schĕnu s. जानु; et ut in lingua prâkrita semivocalis य initio vocis in ज mutari debet (vid. Lassen, instit. ling. Prâkr. p. 195.), ita persicum quoque ج sanscrito य respondet e. g. جوان *iuvenis* s. युवन्, جگر *iecur* s. यकृत्.

Quum duae consonantes initio persicae vocis efferri nequeant (§. 48.), coniunctionis sanscr. क्ष *ksch* prior consonans क् abiicitur, ut sola remaneat sibil. ष, persice lit. palatina چ expressa e. g. چوب vel چوپ *lignum* s. क्षुप. Eodem modo in voc. pers. چپ vel چب *sinister* lit. palat. چ sanscrito sibilo स् vocis सव्य respondet, nam palatinae, quum secundum pronuntiationem e sono *t* vel *d* et sibilo constent, cum sibilo quoque permutari possunt.

Digitized by Google

ح

29. Lit. ح *'h* indicatur aspiratio e gutture procedens et fortior quam literae ه *h*. Attamen est gutturalis a Persis repudiata et ipsa litera ه suppletur ut هیز et حیز *homo nequam*

خ

30. Lit. خ proprie est sanscrita gutturalis aspirata ख *kh* ut خر *asinus* s. खर, شاخ *ramus* s. शाखा, ناخن *unguis* s. नाख; sed respondet etiam sanscr. gutt. tenui क ut خنب vel خمب *amphora* s. कुम्भ, خریدن *vendere* s. क्री, خروشیدن *tumultuari* s. क्रुश् et aspiratae ह, ut خرد *cor* s. हृद्, دختر *filia* s. दुहितृ et sibilanti, quae cum aspirata saepius permutari solet, ut خوب *pulcer* s. शुभ, خشك *siccus* s. शुष्क z. 𐬵𐬎𐬱𐬐𐬀 huska, خواستن *cupere* s. शास्. — Denique quum ex ordine gutturalium literae palatinae ortae sint, utriusque ordinis literae inter se permutari possunt ut بیخ *radix*, s. वीज.

Ex sibilantis *s* cum aspirata *h* permutatione sequitur etiam persicam compositionem خو, zend. 𐬓 *kh* (*q*) et 𐬵𐬬 *hv* et sanscr. स्व *sv* inter se respondere, quod

multa probant exempla, ut خواب *somnus* (cf. خُفتن *dormire*) s. स्वप्न z. 𐬑𐬀𐬟𐬥𐬀 khafna, خود *suus, a, um.* s. स्व z. 𐬑𐬀 kha et 𐬵𐬎𐬀 hva vel 𐬵𐬀𐬎𐬀 hava, خور *sol* s. सूर्य (cf. स्वर् *coelum*) z. 𐬵𐬏𐬭 hûr vel 𐬵𐬎𐬀𐬭𐬆 hvarĕ, خوی *sudor* s. स्वेद, خواهر *soror* s. स्वसृ z. 𐬑𐬀𐬢𐬵𐬀 khanha nom. cll. s. स्वसा et 𐬑𐬀𐬢𐬵𐬭𐬆𐬨 khanhrĕm accus. cll. s. स्वसारम् al.

Persicae compositionis خو postremam literam و vocali destitutam in pronuntiando esse praetereundam docent grammatici, si sequitur una decem literarum ا, د, ر, ز, س, ش, ن, ه, ی et پ. Qua de causa talis lit. Vav معدوله i. e. *praetermissa* appellatur, aut واو اشمام ضمه i. e. *Vav vocalem Dhammam olfaciens,* quia vocali *a* praecedentis literae خ quasi odorem vocalis *u* tribuit, ita ut خو pronuntietur *khaᵘ* e. g. in voc. خواب *somnus*, خود *ipse*, خور *sol*, خورزم *vapor*, خوسته *evulsus* 2) *foetidus*, خوش *pulcer*, آخوند *instructor* (Richards. *tutor*; sed deest in lex. Boorh. qat. et Meninsk.), خوهله *curvus*, خويله et خوپله *stultus* al. Hisce addunt pron. recipr. خویش khêsch vel خویشتن khêschtan et nom. subst. آخور vel آخُر akhur *stabulum*, in quibus, quod rarius invenitur, litera خ

vocali *i* vel *u* est affecta et litera و in pronuntiando quoque negligitur.

ANNOT. Vocalem compositionis خَو vocali *a* similem exitum habere posse probat versus libri SECAND. NAM. p. 168. l. 7.

بیا ساقی آن می که رومی‌وش است
بمن ده که طبعم چو زنگی خوش است

cuius verba وَش et خَوش similiter cadunt. Cf. etiam SOOHRAB p. 197. vs. antep., cuius hemistichia exeunt in اندرخوراست et بدتراست.

د et ذ

31. Lit. د proprie est sanscrita dentalis media द् *d* z. و ut دادن *dare* s. दा; sed aliis quoque literis ex ordine dentalium et lingualium respondet e. g. litt. त, ध, ड in vocabulis پدر *pater* s. पितृ, دویدن *currere* s. धाव्, کده *locus*, *mansio*, *pagus* s. कर्वट; कट. Interdum sanscrita palatina ज *dsch* persico د expressa est, priori nimirum elemento *d*, quod cum posteriori sibilo coniunctum efficit palatinam ज e. g. دانستن *scire* s. ज्ञा.

Altera autem lit. ذ accedente sibilo vel spiritu e priori orta, ut proprie valeat *dz* vel *dh*, a Persis sono aut literae د *d*, aut aspiratae *dh*, plerumque tamen

Digitized by Google

sono literae ز z effertur et cum د et ز saepius permutatur ut آذر et آدر *ignis* z. [illegible] âthar, گذاشتن et گزاشتن *transire* al. Raro autem lit. ذ in persicis vocabulis reperitur.

Persarum grammatici literam د sono literae ذ i. e. aspiratae *dh*, ut videtur, in persicis vocabulis pronuntiandam esse docent, si proxime praecedit vocalis quaedam, sive brevis sit, sive longa e. g. in voc. آمدن *venire*, شدن *fieri*, ایزد *deus*, داد *dabat*, بود *erat*, دید *videbat*. In zendica quoque lingua media voce inter duas vocales litera aspirata [illegible] *dh* pro [illegible] *d* reponi solet, ut [illegible] dâta *datus*, sed [illegible] dadhâmi *do* s. ददामि vid. Bopp vergl. Gramm. p. 38. Regulam versibus tradidit Nasir-eddin Tusensis hisce:

آنانکه بفارسی سخن می رانند
در معرض دال ذالرا بنشانند
ما قبل وی ار ساکن جز وای بود
دال است وگر نه ذال معجم خوانند

vid. Seven Seas t. VII. p. 17. l. 10. Boorh. qat. p. 4. l. 16. In lexico persico سروری a Persa scripto, quod permagni aestimatur, haec legendi regula semper quoque est observata. Sed lexici persici رشیدی auctor in India

natus literas د et ذ sine ullo discrimine in persicis vocabulis adhiberi posse contendit. Denique in opere حلل مطرز, a Maulânâ Scherf-eddin ʿAli conscripto, docetur, Persiae incolas in quolibet persico vocabulo literam ذ pro د substituere, contra autem facere Persas, qui provinciam Mavarannahr inhabitant. Addit Lumsden, in Hindostania literam د nunquam ut ذ pronuntiari. Tanta ipsorum Persarum de modo literam د pronuntiandi dissensione difficile est certi quid statuere. Attamen boni Persarum scriptores olim in persicis vocabulis literam د post vocalem re vera ut ذ *dh* pronuntiasse videntur, quum ipse poeta Anvari hanc pronuntiandi rationem versibus sequentibus negligens, licentiae excusationem afferat; nam vocabula persica بنمود, افزود et بود, literae ذ *dh* sono pronuntianda, voci arabicae جود, quae in literam د *d* exit, similem exitum non habent:

دستت بسخا چون ید بیضا بنمود
از جود تو بر جهان جهانی افزود
کس چون تو سخی نیست ونی خواهد بود
گو قافیه دال شو زهی عالم جود

i. e. „Manus tua liberalitate ut manus alba (Mosis)

„apparuit; tua liberalitate mundus mundo auctus est. „Liberalis ut tu nullus est, nec erit unquam; dic: „versus in literam dàl exeant, o mundus libertatis.“

Vid. SEVEN SEAS et BOORH. ÇAT. l. l. LUMSDEN a Gramm. t. I. p. 26.

ر et ل

32. De hisce literis nil monendum, quum plane respondeant nostris *r* et *l*.

ز et ژ

33. Sunt zendicae literae sibilantes 𐬰 seu 𐬰 et 𐬲, quarum prior ut gall. *z*, posterior ut gall. *j* e. g. in voc. *jour*, *jardin* pronuntiatur. Quod ad etymologiam attinet, pers. ز ut zend. 𐬰 saepissime respondet sanscr. ह e. g. زند *verberat* z. 𐬰𐬀𐬌𐬥𐬙𐬌 zainti s. हन्ति, بازو *brachium* s. बाहु, زم *frigus* s. हिम, زرد *flavus* s. हरि, हरित्. Interdum, quum sibilus posterius sit palatinae elementum, pro palatina quoque sanscr. च *tsch* et ज *dsch* ponitur, ut زاده *natus* s. जात, پز Imp. verbi پختن *coquere* s. पच्, زود *celer* s. जूति, روز *dies* cll. s. रुच् *lucere*; et quum palatinae e gutturalibus sint ortae, litera quoque gutturalis घ *gh* per-

sice litera ز exprimitur, ut دِراز *longus* s. दीर्घ. Rarius lit. ز sibilo sanscrito श vel स respondet e. g. زنگ *tintinnabulum magnum* s. शङ्ख, زِدودن *mundare* s. शुध् نماز *adoratio* s. नमस्.

Altera sibilans ژ quamquam zend. 𐬱 *sch* respondet, non semper tamen eius loco reperitur, sed saepe etiam alia sibilans, ut ز, ش, substituitur, e. g. 𐬱𐬆𐬥𐬎 schĕnu *genu* persice scribitur زانو s. जानु et e zend. pron. 𐬫𐬏𐬱𐬆𐬨 jûschĕm *vos* persica forma شُما abiecta syllaba *jû* derivata esse videtur, litera ش pro 𐬱 substituta, nisi illam a sanscrita syllaba ष्म pro स्म derivare praeferas (§. 164.).

In voc. کژ *curvus* et ژاله *ros* haec litera sibilans, ut posterius literae palatinae elementum, sanscritae palatinae ज *dsch* voc. कुब्ज et जल respondet.

س et ش

34. Lit. س proprie respondet sanscr. श zend. 𐬯 *s'*, quae est sibilans cum leni aspiratione pronuntianda ut سِیاه *niger* s. श्याम, سِپید *albus* s. श्वेत z. 𐬯𐬞𐬀𐬉𐬙𐬀 s'paêta, گیسو *cirrus* s. केश, اسپ *equus* s. अश्व z. 𐬀𐬯𐬞𐬀 as'pa; sed reperitur etiam, ubi in sanscrita lin-

gua usitata tantum sibilans स locum habere potest, qua in re cum zend. 𐬯 *s'* plane consentit (Bopp vergl. Gramm. p. 47.) e. g. ستودن *laudare* s. स्तु cll. z. 𐬯𐬙𐬀𐬊𐬨𐬌 s'taômi *laudo*, است *est* s. अस्ति z. 𐬀𐬯𐬙𐬌 as'ti, أستخوان *os* s. अस्थि cll. z. 𐬀𐬯𐬙𐬀𐬥𐬄𐬨 as'thanm *ossium*, ستون *columna* s. स्थूणा al. — Interdum sanscr. pal. aspirata छ *tschh* hac litera exprimitur, quia sibilus posterius est literae palatinae elementum e. g. سايه *umbra* s. छाया, پرسيدن *interrogare* s. प्रछ् cll. z. 𐬞𐬆𐬭𐬆𐬯𐬀𐬙 pĕrĕs'at *interrogabat*. — Inde quoque explicandum, literam dentalem त persico sibilo س (स) reddi posse e. g. in voc. سه *tres* s. त्रि, پسر *filius* s. पुत्र, مست *ebrius* s. मत्त a rad. मद्.

In vocabulo بس sibilus س sanscritae aspirationi ह vocis बहु respondet.

Sibilans ش *sch* est sanscr. lingualis ष, quae zend. 𐬱 *s'* et 𐬯 *s* exprimitur ut شش *sex* s. षष् z. 𐬑𐬱𐬎𐬎𐬀𐬱 csvas, هشت *octo* s. अष्टन् z. 𐬀𐬱𐬙𐬀𐬥 astan, ايشان *illi* cll. s. एष z. 𐬀𐬉𐬱𐬀𐬥𐬄𐬨 aês'anm *horum*, اشتر *camelus* s. उष्ट्र. Saepe etiam sanscr. क्ष *ksch* ut in zendicis ita in persicis quoque vocabulis gutturalem abiecit, ut sola sibilans *sch* remaneat, e. g. شب *nox* s. क्षपा, چشم

oculus s. चक्षुस्, شیر *lac* s. क्षीर, آشفتن *conturbari* s. आ + क्षुभ् vid. Bopp vergl. Gramm. p. 50. Eodem modo sanscr. palatina ज *dsch* interdum sola sibilanti ش exprimitur, abiecto nimirum sono *d*, cum sibilo literae pal. ज coniuncto, ut سرشتن *subigere* s. सृज्. — Denique litera ش sanscr. sibilanti pal. श et dent. स haud raro respondet e. g. شاخ *ramus* s. शाखा, شغال *hylactor* s. मृगाल, شنودن *audire* s. श्रु, آش *cibus* s. आश, منش *cor, natura, indoles* s. मनस्, دوش *humerus* s. दोस्.

ص, ض, ط et ظ

35. Quatuor has literas, arabicae linguae proprias et peculiaribus sonis *ss*, *'d*, *'t*, et *'z* vel *'d* ab aliis bene distinctas, Persae repudiarunt. Praeterea eas cum literis س, ز ت et ز, quae sono illis sunt cognatae, confundunt ob eamque causam pronuntiant ص *s*, ط *t* ض et ظ *z*.

ع

36. Haec quoque litera, quum sonum gutturalem Arabibus proprium significet, a Persis non est recepta. Sonum hunc, Europaeorum litera minime ex-

primendum, spiritus signo ـٓ indicare placuit. Vid. De Sacy Gramm. ar. t. I. p. 20. Caussin de Perceval Gramm. ar. vulg. p. 5.

غ

37. Lit. gutturalis غ, quam Arabes sono literam *r* et *g* attingente pronuntiant, modo per *rh*, modo per *gh* vel *g* exprimitur. Persis est lit. gutt. media aspirata, sanscr. घ *gh* z. ૭ ut میغ *nubes* s. मेघ. Haud raro mediae quoque ग *g* eiusdem ordinis respondet ut مُرغ *avis* s. मृग, شغال *hylactor* s. मृगाल. Idem de zend. litera ૭ *gh* valere exemplo ... *garĕma calor* s. घर्म probavit Boppius, cf. vergl. Gramm. p. 36. — In voc. داغ *stigma* lit. غ sanscr. aspirationi ह्व vocis दाह्व respondet.

ف

38. Lit. ف *f* est zend. litera ... *f*, quae ex labiali tenui ... *p* reagente sequentis ... *r*, ... *s* et ... *n* vi attrahendi oritur, vid. Bopp vergl. Gramm p. 39. In sanscritis vocabulis literae ف labialis quaedam respondet, ut تافتن *accendere* s. तप् z. ... tap. cll. ... tafnu *urens*, تفتادن seu افتادن *cadere* s. पत्,

ناف vel نافه *umbilicus* s. नाभि z. nâfo secundum glossarium Anquetilii, آف in آفتاب sol. s. आभा.

ق

39. Literam ق Arabes sono literae *k* simili, sed e gutture cum emphasi quadam producto, efferunt, qua recte pronuntianda verus Arabs cognoscitur, vid. De Sacy Gramm. ar. t. I. p. 21. Caussin de Perceval Gr. ar. vulg. p. 5. Nos hunc sonum perdifficile imitandum litera *q* indicavimus. Est ultima octo literarum, quas Persae repudiarunt.

ك

40. Lit. ك proprie est sanscr. gutturalis tenuis क *k* zend. 𐬐 vel 𐬑, de quarum discrimine vid. Bopp vergl. Gramm. p. 32. Burnouf Comm. sur le Yaçna tom. I. 1. p. LXXI—LXXIII. cll. p. CI et CII. e. g. كردن *facere* s. कृ cll. z. 𐬐𐬀𐬭𐬋𐬌𐬙𐬌 karôiti *facit*, pron. rel. et interrog. كه s. को, का, किम् z. 𐬐𐬋 kô, 𐬐𐬁 kâ, 𐬐𐬀𐬚 kat, كام *palatum*, *voluntas* s. काम. — Interdum aspiratae quoque gutturali ख *kh* respondet, qua in re cum z. 𐬐 *k* convenit, ut كندن *fodere* s. खन् z. 𐬐𐬀𐬥 kan. — Sanscritum vocabulum लक्ष *centum millia*

persice scribitur لك, reiecto nimirum sibilo ष *sch*, cum gutturali क् *k* coniuncto.

گ

41. Hac litera Persae sanscritam gutt. mediam ग *g* zend. 𐬔 *g* exprimunt, ut گرفتن *capere* s. ग्रह्, گون *color* s. गुण, انگشت *digitus* s. अङ्गुष्ठ, گريبان *collare* cll. s. ग्रीवा *collum, cervix* et pers. گردن. — Interdum aspiratae quoque gutturali घ *gh* respondet, e. g. گرما *calor* s. घर्म z. 𐬔𐬀𐬭𐬆𐬨𐬀 garĕma, et ipsae tenui क *k* e. g. سوگ *luctus* s. शोक, گيسو *cirrus* s. केश, eiusque aspiratae ख in voc. زنگ *tintinnabulum magnum* s. शङ्ख; quo sequitur compositionem क्ष *ksch* persice reddi posse simplici گ, abiecta nimirum litera sibil. ष *sch*, ut گيتى *mundus* s. क्षिति.

Haud raro eadem litera گ sanscrita palatina च *tsch* vel ज *dsch* exprimitur, quia palatinae ex gutturalium ordine sunt derivandae e. g. رنگ *color* cll. s. रञ्ज्, تنگ *angustus* cll. s. तञ्ज्, چنگ *unguis* s. चञ्चु.

Denique quum gutturales et labiales sunt literae affines, sanscr. lit. व *v* saepe persica گ redditur, e. g.

گرك *lupus* s. वृक z. 𐬬𐬆𐬵𐬭𐬐𐬀 vĕhrka vel 𐬬𐬆𐬭𐬆𐬐𐬀 vĕrĕka, گرديدن *versari* s. वृत्.

م et ن

42. Varios nasales sonos, qui in sanscrita lingua secundum quinque literarum ordines propriis literis ङ, ञ, ण, न, म et Anusvâra significantur, Persae quoque scriptura sua antiqua, si non omnes, plurimos tamen expressisse videntur, quum ipsa zendica lingua sex diversos nasalium sonos et distinguat et propriis hisce literarum figuris 𐬥 *n*, 𐬧 *n*, 𐬅 *an*, 𐬣 *ṅ*, 𐬦 *ṇ* et 𐬨 *m* denotaverit, vid. Bopp vergl. Gramm. p. 56 sqq. — Arabes autem, quamquam varios sonos nasales pronuntiando quoque distinguunt (vid. De Sacy Gramm ar. t. I. p. 22 sqq.), scriptura tamen, praeter nasalem labialem م *m*, unam tantum literam nasalem ن *n* exprimunt, cui Persae quoque alias non adiecerunt. Literae ن *n* igitur pronuntiatio ex organo, quo sequens consonans profertur, est definienda, quum ante labialem ut *m*, ante gutturalem ut *ng*, ante palatinam fere similiter et ante dentalem vulgari nasalis sono *n* efferatur.

و

43. Semivocalis و est sanscrita litera व *v*, quae in zendica lingua pro loco, quem occupat, 𐬬 vel 𐬎𐬎 vel 𐬡 scribitur, vid. Bopp vergl. Gramm. p. 43. Lit. و vocum persicarum haud raro sanscritae labiali respondet, e. g. پرتو *radius* s. प्रताप, آوردن *ferre* s. आ + भृ.

Saepe haec lit. in persicis vocabulis ob lenem suam naturam, vi consonantis amissa, aut in vocalem *û*, *ô* abiit, aut plane excidit, ubi sanscritae, quae persicis respondent, voces consonantem *v* retinuerunt, e. g. دُو *duo* s. द्वि z. 𐬛𐬎𐬎𐬀 dva, نُه *novem* s. नवन् z. 𐬥𐬀𐬎𐬎𐬀𐬥 navan, در *porta* s. द्वार्, استر *mulus* s. अश्वतर, پاك *purus* s. पावक, سگ *canis* s. श्वन् in comp. श्वा, z. 𐬯𐬞𐬁 s'pâ; „τὴν γὰρ κύνα καλέουσι σπάκα Μῆδοι“ Herod. I. c. 110. „Nutrici *Spaco* postea nomen fuit, quia canem Persae sic vocant“ Justin. I. c. 4. vid. Schlegel, Ind. Bibl. I. p. 323.

De litera و praecedente خ vid. supra §. 30.

ه

44. Persae distinguunt inter literam *Hâ finalem*

manifestam (ظاهر های s. مظهر — s. جلی —) et *occultam* (خفی های s. مخفی —). Prior est omnis litera ه non suffixa et pronuntiata ob eamque causam etiam *Há pronuntiata* های ملفوظ appellatur. Plerumque illi praecedit vocalis longa ا ـَ vel و ـُ, quae tamen etiam defective scribi potest, rarius vocalis brevis *i* e. g. راه vel ره *via*, اندوه vel اندُه *moeror*, زره *lorica*, مه *magnus*. Posterior autem litera aut ه *suffixa* est, aut ه *supervacanea*, ideo addita, quia voces persicae in consonantem exeant necesse est (§. 51.), aut denique ه vocum arabicarum, quam Persae pro ة arab. scribunt e. g. داده *datus*, دهنده *dans*, دوشه *mulctarium*, هرروزه *quotidianus*, زرینه *aureus*, خانه *domus*, که *qui*, چه *quod*, قلعه *arx* pro arab. قلعة. Haec litera, quam etiam *Há levatam* های مخفف dicunt, non solum in pronuntiando semper praetermittitur, sed etiam syllaba quadam in fine accedente varie immutatur (§§. 105—109).

Lit. ه fere nunquam sanscritae ह *h* respondet, ut e. g. in verbo هشتن *relinquere* s. हा cll. हिला, हीन, sed aeque ac zend. 𐬵 *h* sanscrito sibilo dentali स e. g. هفت *septem* s. सप्तन् z. 𐬵𐬀𐬞𐬙𐬀𐬥 haptan, هم *si-*

mul s. सम् z. ‎ham, هم *omnis* s. सर्व z. haurva, هور *sol* s. सूर्य z. hvarĕ. — Rarius pers. s alius sibili sanscriti श vel ष locum occupat, quod in Prâkrita lingua ita explicandum esse docet Lassenius, ut श vel ष prius in स transeant, quam inde fiat ह e. g. ده *decem* s. दशन् z. das'an, sed prâkr. दह vid. Lassen, instit. ling. Prâkr. p. 194.

In vocabulo ماهی *piscis* s. मत्स्य lit. s sanscr. compositioni त्स् respondet, cuius facilis erat transitio in s, quum lit. sibilans स praevaleat.

Lit. s, quum ad ordinem gutturalium pertineat, pro alia quoque gutturali posita invenitur e. g. جهان *mundus* s. जगत्, نهفتن *abscondere* s. गुप् + नि هشت *octo* s. अष्टन् z. astan. Hinc quoque explicandae duplices vocum quarumdam formae ut هیچ et ایچ *ullus*.

Denique quum in sanscr. lingua litera aspirata in solam aspirationem transeat, ut e. g. Imperativi terminatio धि in हि (cf. Bopp krit. Gramm. der Sanskr. Spr. §. 104. Vergl. Gramm. §. 23.), in persica lingua interdum literam s sanscritae aspiratae locum oc-

cupare videmus e. g. نهادن *ponere* est sanscr. धा + नि, quod in part. pass. निहित format.

ی

45. Semivocalis ی nostrum *y* est sanscr. य, quod in zendica lingua initio voc. scribitur ᵕ vel ᵕ, in medio autem vocali ى *i* bis posita يى exprimitur e. g. سیاه *niger* s. श्याम, آئین *institutum, mos* s. श्रयन. Saepe sanscr. य in pers. vocabulis aut in longam vocalem *i* transiit, aut plane excidit e. g. بیش *plus* s. भूयस्, باك *metus* cll. s. भय, زه *chorda, nervus arcus* s. ज्या, مرد *homo* s. मर्त्य, یافتن *nancisci* s. आप्.

---

46. Quum e literarum ordine vulgari a grammaticis recepto, quem tabula praecedente p. 4. et 5. exhibuimus, neque organa, quibus singulae consonantes sunt pronuntiandae, intelligantur, neque literarum affinitas, quae hac pronuntiatione nititur, cognoscatur, exposita persicarum consonantium vi et significatione haud alienum videtur, ad eundem ordinem, quo sanscritae literae sunt dispositae, persicas quoque consonantes digerere. Ut autem zendicarum ad

persicas literas ratio bene perspici possit, zendicae quoque consonantes in conspectum venient. Sequens igitur tabula sanscritarum, zendicarum et persicarum viginti quatuor consonantium praebet conspectum, neglectis nimirum octo arabicis ث, ح, ص, ض, ط, ظ, ع et ق, quas ipsi Persae repudiarunt. Attamen sola lit. ا hac in tabula locum habere non potuit, quum proprie sit spiritus lenis et vocali cuilibet initiali et longae *á* formandis inserviat (§§. 5. 12. 47.).

Literae nasales zendicae a sanscritis eo differunt, ut non ad organa literarum sint accommodatae, sed consonantis aut vocalis, quibuscum concurrant, vim et naturam sequantur (Bopp vergl. Gramm. §. 60.), ob eamque causam in extrema tabula seorsim exhibentur.

Eodem loco duae quoque literae sibilantes zendicae ç seu ç et ζ, quibus persicae ز et ژ respondent, sunt collocatae, quum utrique linguae sint propriae, nec cum sanscritis sibilis conveniant (§. 33.).

CONSONANTES PERSICAE
cum sanscritis et zendicis comparatae.

		Mutae		Sonorae				Mutae
		ten.	aspir.	med.	aspir.	nas.		sibil.
Gutt.	S.	क	ख	ग	घ	ङ	ह	
	Z.	𐬐, 𐬒	𐬑	𐬔	𐬖		(𐬰 s. 𐬲) *	
	P.	ک	خ	گ	غ		(ز) *	
Pal.	S.	च	छ	ज	झ	ञ	य	श
	Z.	𐬗		𐬘			𐬫, 𐬌 seu 𐬌𐬌, 𐬌𐬫	𐬱
	P.	چ		ج			ی	س
Ling.	S.	ट	ठ	ड	ढ	ण	र	ष
	Z.						𐬭, 𐬭	𐬴, 𐬳
	P.						ر	ش
Dent.	S.	त	थ	द	ध	न	ल	स
	Z.	𐬙, 𐬚, 𐬝	𐬚	𐬛	𐬜			(𐬯) **
	P.	ت		د (ذ)		ن	ل	(ه) **
Dt. et Lab.	S.						व	
	Z.						𐬬, 𐬎𐬎, 𐬡	
	P.						و	
Lab.	S.	प	फ	ब	भ	म		
	Z.	𐬞, 𐬟 *f*		𐬠 seu 𐬡		𐬨		
	P.	پ, ف		ب	(بح) †	م		

Hisce accedunt quinque *Nasales* zendicae praeter 𐬨 *m*: 𐬥 *n*, 𐬧 *ṅ*, 𐬆 *aṅ*, 𐬣 *ṇ*, 𐬦 *n*, et duae *Sibilantes*, zendicae et persicae linguae propriae: 𐬲 s. 𐬲 et 𐬴, pers. ژ et ژ.

* Vid. §. 38. ** Vid. §. 44. p. 33 et 34. † Vid. §. 28.

Digitized by Google

DE SYLLABA.

47. Syllaba persica ab una consonante vocali affecta incipit, nec ab ipsa vocali unquam ordiri potest, nisi praemisso spiritu leni ا, quo vocalis quasi ex ore protruditur (§. 12.); e. g. پَدَر *pater*, أَستَر *mulus* s. अश्वतर, أُشتُر *camelus* s. उष्ट्र.

48. Duas pluresve consonantes initio syllabae ferre omnino nequit Arabum et Persarum pronuntiatio canora. Qua in re Persae a sanscrita et zendica scribendi et pronuntiandi ratione prorsus discedunt. Quae igitur sanscritae aut aliae voces a duabus pluribusve consonantibus incipiunt, persice aut praemissa vocali initiali pronuntiantur (§. 24.), aut vocali priori consonantium apposita, aut denique priori consonante prorsus abiecta; e. g. स्था *stare* p. اِستادن, भ्रू *supercilium* p. اَبرو, क्री *emere* p. خَریدن, स्तु *laudare* p. سِتودن, श्वेत *albus* p. سِپید, क्षुप *lignum* p. چوب seu چوپ, क्षपा *nox* p. شب al.

49. Media in voce syllaba a vocali, ope literae ا expressa, raro incipit, sed vocalis plerumque ad consonantem finalem syllabae praecedentis transit, aut, si alia vocalis praecedit, una alteram elidit, aut duae

coalescunt, aut intercedente alia litera dirimuntur, ut infra pluribus docebitur.

50. Syllaba aut in vocalem exit aut in consonantem, sed in fine vocis duae quoque consonantes syllabam claudere possunt, e. g. پِسَر pu-sar *filius*, مَرْد mard *homo*.

Syllaba vocali finiens *simplex* et quae una duabusve consonantibus terminatur, *composita* dicitur.

51. Proprium autem est persicae linguae, ut, praeter suffixa et terminationes grammaticas, omnes voces in consonantem quiescentem exeant. Nulla igitur persica vox vel syllaba finalis reperitur, quae una tantum litera vocali affecta constet, quum vocalem, si non alia consonans, semper tamen aut litera ه occulta (§. 44.), aut una literarum ا, و et ی sequatur e. g. كِه *qui*, با *cum*, تو *tu*, بی *sine* al.

DE ARABICIS VOCIBUS PERSICE SCRIBENDIS.

52. Persae in scribendis arabicis vocibus, quas pro persicis sermoni ut lubet intexere solent, arabicam scribendi rationem non semper sequuntur.

Digitized by Google

Vocales, ut in persicis, ita in arabicis quoque vocibus in scribendo omittuntur. Idem valet de **nunnatione** arabica. Saepe autem Persae vocales arabicas, maxime in fine vocum, aut inter se permutant, aut plane reiiciunt.

53. Terminationis arabicae ـَى (الف مقصورة De Sacy Gramm. I. p. 37.) lit. ى, quum pro ا posita sit, persice quoque saepius cum ا permutatur e. g. مضا *ivit*, مُصطفا *electus* pro مضَى et مصطفَى.

54. Saepe etiam Persae in nominibus arabicis hanc terminationem ـَى sono diphthongi *é* (یای مجهول) pronuntiant, vocali nimirum ـَ cum ـِ permutata. Quod maxime docet exitus versus eiusdem soni. Ita e. g. in versu:

زرویش روی خویش آراست لیلی
بهر مویش زمجنون خاست میلی

legendum est لیلِی Lailê, non vero لیلَی Lailâ, quia cum sequente میلِی mailê in eundem sonum exeat necesse est; vid. Rosenzweig Joseph u. Zuleïcha p. 17. vs. 9. Eodem modo Persae معنَی *sensus*, اولَی *melior*, موسَی *Moses*, عیسَی *Jesus* al. pronuntiant معنِی, اولِی, موسِی et عیسِی.

55. Terminatio nominum arabicorum ـَ pro ـَىْ persice scribitur ـَى e. g. متقّى pro arabico مُتَّقٍ *reverens deum.*

56. In nominibus autem actionis formae V et VI verborum tert. rad. و vel ى eadem terminatio ـٍ in ـَى vel ـَا mutatur ut ترجّى vel ترجّا pro تَرَجٍّ n. act. form. V verbi رجا *speravit*, تماشى vel تماشا pro تَماشٍ n. act. form. VI verbi مشى *ivit.*

57. In medio vocum arabicarum vocalis ـَا, quae ut ـَى é pronuntiatur, a Persarum poëtis re vera hoc diphthongi signo scribitur e. g. ركيب pro ركاب rekêb *stapia.* Plura vid. infra §. 95. cll. §. 6.

58. Vocum arabicarum, quibus Persae utuntur, vocalis finalis prorsus abiicitur, quia proprium est persici sermonis, ut omnes voces in consonantem exeant (§. 51.).

Excipiuntur autem nomina accusativo, casu adverbiali, posita ut يقيناً *certo*, طوعًا وكرهًا *nolens volens*, سمعًا وطاعةً *obedientissime* et sententiae arabicae voces omnes praeter ultimam, quae tamen vocali quoque finali efferri potest e. g. إِلَى يَومِ القِيامة *ad diem resurrectionis*, مُحتاجٌ إِلَيهِ *res necessaria*, أَظْهَرُ مِنَ

الشّمس *sole clarius,* حَقّ جَلَّ شانُهُ *deus gloriosissimus* al. Vid. Lumsden a Gramm. t. I. p. 391 sqq.

59. Si nomen arabicum exit in اءً vel اءٌ, huius terminationis in persico sermone litera ا tantum retinetur e. g. صفا pro صَفَآءٌ *claritas,* اوليا pro أَوْلِيَآءٌ (plur. a وَلِيّ) *sancti.*

60. Ut vocales arabicae, ita legendi quoque notae in scribendo fere non exprimuntur. — Semper hoc valet de vocalis absentis signo **Dschezm** (§. 15.) et de signo **Wesla**, literae Elif, quam vocant *Elif unionis* (De Sacy Gramm. t. I. p. 64—71.), apposito.

61. Signum **Medda** literae ا tantum adscribi solet, si est duplicandi nota, qua indicatur sequentem literam ا quiescentem abesse, ut آل pro أال *populus,* آفاق pro أافاق (plur. ab أُفق *tractus terrae*).

62. Signum **Hamza** literae ا vocum arabicarum apponi non solet. Saepius autem adscriptum reperitur literis و et ى, si pro litera ا sunt positae, reiectis simul literae ى punctis diacriticis, ut مُؤمِن *credens,* قصائد *poëmata.*

63. Ultima denique legendi nota, literae duplicatae signum **Teschdid**, ut lubet scribi aut omitti

Digitized by Google

potest. Plane autem reiiciendum est, si ultimae vocis arabicae literae est appositum, quae, quum ex natura persici sermonis, praeter grammaticam constructionem, vocalem non sustineat, hoc quoque signo pronuntiari non potest. Tales sunt voces arabicae, quae a verbis mediae geminatae derivantur ut غمّ, همّ, قدّ, خدّ al. et quae terminantur lit. يّ et وّ ut معنويّ, عدوّ al.

Praeterea poetae persici, ut in persicis, ita in arabicis quoque vocibus modo Teschdid pronuntiant modo negligunt, ut metri genus postulat (§§. 16. 70. 71.).

64. Consonantium vocum arabicarum, quae in persico sermone adhibentur, aliae permutantur, aliae autem prorsus abiiciuntur.

I. Permutantur literae ة et ى finales:

a) Lit. finalis ة vocum arabicarum, quae accusativo, casu adverbiali, non sunt positae, nec ad integram sententiam arabicam pertinent, semper cum ت vel ه permutari solet, quarum tamen posterior lit. ه maxime in pausa reperitur e. g. سعادت vel سعادة *felicitas,* شجاعت vel شجاعه *fortitudo,* مراجعت vel مراجعه *reditus* al. pro سعادة, شجاعة et مراجعة.

Excipiuntur tantum nomina, quae in ة‍و‍ـَ pro ةا‍ـَ exeunt, ut صلَوة *preces*, زَكوة *decima sacra*, حـيَـوة *vita*. Si autem haec terminatio scribitur ةاـَ, lit. ة cum ت quoque permutari potest, ut زكات, حيات.

b) Lit. ى finalis quiescens in ا transire solet, vocali praecedente, si alia est quam *a*, simul in *a* mutata e. g. مُصطفا *electus* pro مصطفى, مضا *ivit* pro مضى, ترجّا pro ترجّى a تَرَجٍّ n. act. formae V verbi رجا *speravit*, تماشا pro تَماشِى a تماشٍ n. act. formae VI verbi مشى *ivit* (§§. 55. 56.).

II. Abiiciuntur literae ا, ى et ه finalis:

a) Lit. ا vocis ابو *pater* per licentiam poeticam saepius abiicitur ut بو حنيفة Pendnam. p. 7. l. 9. cf. p. 50. l. 3. p. 71. l. 12. Chrestom. Schahn. p. 85. vs. 241 al.

b) Lit. ى vocali *i* affecta sequente altera lit. ى quiescente, qua abiecta vocalis *i* ad proxime praecedentem literam transit. Usitatum hoc in nom. act. formae II. verb. sec. rad. ى e. g. تَمِيز pro تَمْيِيز n. act. form. II. verbi مـاز *distinxit* Pendnam. p. 79. l. 10.

c) Lit. ه finalis praecedente ا quiescente termi-

nationis arabicae ءآ ـ vel ءآ ـ (§. 59.); e. g. صفا pro صَفَاءٌ *claritas*, اوليا pro أَوْلِيَاءٌ *sancti* al.

65. De voce arabica بن *filius* inter duo nomina propria plerumque omissa vid. Syntax.

66. Praeterea de duabus pluribusve vocibus arabiçis in scribendo coniungendis aut separandis Persarum grammatici haec praecipiunt:

a) Separantur duo nomina substantiva aut substantivum et verbum e. g. حق سُبحانَهُ *deus laude venerandus*, حق تعالى *deus altissimus* al.

b) Coniunguntur autem omnes dicendi formulae ut عنقريب pro عن قريب *propemodum, brevi,* علاحده pro على حدّه *ad modum suum*, i. e. *secundum hoc*, انشاء pro (الله) إن شاء *si deo placet* al. Vid. Seven Seas t. VII. p. 40. l. 1 sqq.

MUTATIO CONSONANTIUM.

67. In omnibus linguis literae affines vel vicinae plus minusve sese afficiunt mutuo secundum leges, quas dicunt euphonicas. Sed non in omnibus aeque id patet, imo in plerisque grammaticos eiusmodi mutationes fugerunt, quoniam scriptura negliguntur. In

earum numerum persica quoque lingua referenda est, quae arabicas literas, a persico idiomate alienas, suis commutavit (§. 1.).

68. Literarum persicarum quatuor ا, و, ى et ه occultum et plurimis et peculiaribus mutationibus sunt obnoxiae ob eamque causam capite sequenti separatim de illis agetur. Ceterae autem consonantes saepissime inter se permutantur, rarius contrahuntur, aut prorsus abiiciuntur, quae tamen mutationes aut in diversa tantum vocum persicarum scribendi ratione reperiuntur, aut in formandis verborum irregularium Imperativis sunt usitatae. Priores sequentibus proponentur, posteriores autem mutationes infra capite de verbis irregularibus sunt expositae.

69. **Permutantur** non solum consonantes unius eiusdemque ordinis, sed etiam quae cognatione quadam soni inter se continentur. Tales sunt:

1) *Gutturales.*

a) Lit. خ cum غ, ك et ه ut ستيخ et ستيغ *res quaevis recta, longa et procera*, تاخ et تاغ *arboris species*, شاماخچه et شاماكچه *pectorale feminae*,

خستو et هستو *confitens*, خلالوش et هلالوش *calamitas, tumultus*.

b) غ cum گ rarius ك et ء ut شغال et شگال *hylactor*, لغام et لگام *habena*, غنرگاو et كنرگاو *bos* vel *equus marinus*, گیاغ et گیاه *herba*.

c) Lit. ه initialis cum ا ut هیچ et ایچ *ullus*.

2) *Palatinae.*

a) Lit. ج et چ cum sibilantibus ز, ژ, س et ش, posteriori nimirum palatinarum elemento e. g. آویج et آویز *appende*, imp. verbi آویختن, پاچیدن et پاشیدن *spargere*, بچشك et بزشك s. भिषज् *medicus*, كاج et كاش *ulinam*, لاجورد et لاژورد *lapis lazuli* seu *cyanus*, كاچ et كاژ *pinaster*, خروچ et خروس *gallus gallinaceus* Boorh. qat. s. v.

b) Rarius lit. ج cum dentali ت, priori nimirum palatinarum elemento, ut تاراج et تارات *direptio*.

3) *Dentales.*

a) Lit. ت et د e. g. خات et خاد *milvus*, شواد et شوات *tarda* (Sev. Seas t. VII. p. 16. l. antep. i. q. باد *ventus*), كتخدا et كدخدا *herus*.

b) Lit. د et ذ ut پدر et پذر *pater*, آذر et آدر *ignis*.

4) *Labiales.*

Literae ب, پ, ف et و e. g. آب et آو *aqua*, تاب et تاو *splendor*, بس et وس *satis*, بستو et پستو *seria*, سپید et سفید *albus*, پیروز et فیروز *victor*, با et فا *cum*, زبان, زفان et زوان *lingua*, فرخ et ورخ *turpis*, یافه et یاوه *perditus*, فام, پام et وام *debitum*.

5) *Sibilantes.*

a) Lit. س et ش e. g. فرسته et فرشته *missus*, کستی et کشتی *luctatio*.

b) Lit. س et aspiratio ه in fine vocum ut خروس et خروه *gallus gallinaceus*, آماس et آماه *tumor*.

c) Lit. sibil. ز cum gutt. غ in گریز et گریغ *fuga*.

6) *Nasales.*

a) Lit. م et ن e. g. بام et بان *tectum*, کجیم et کجین *tegumentum*, *armatura equi*.

b) Lit. ن vocali destituta, quum ante literam lab. ب labialium quoque nasalis م sonum accipiat (§. 42.), in quibusdam vocibus cum hac nasali permutari potest, litera sequenti ب remanente vel abiecta; e. g. pro خُنب (خُنبه) scribere licet خمب et خم s. कुम्भ *amphora* et pro خنبره (pro خنبیره), cum بره partic. dimin. coniuncto, خمبره vel خمْره; porro pro دُنب

cauda, دُم; pro سُنب *ungula,* سُم al. Immutatae contra manent literae نْب in aliis vocibus ut كنبد *fornix,* دنبال *cauda.*

Annot. Falso in grammatica lexico persico Seven Seas adiecta (t. VII. p. 37. l. 16.) hasce literas نْب in مّ transire docetur, quum tamen in بّ coalescant necesse sit et e. g. non pronuntietur خُمّره sed خُبّره ut lexica exhibent, vid. Boorh. qat. et Meninsk. s. v.

7) *Liquidae.*

Lit. ر et ل ut ريچار et ريچال *conditum quodvis,* چنار et چنال *platanus,* زرو et زلو *hirundo.*

70. Contrahuntur duae literae se invicem excipientes, quarum prior vocali est destituta, duplicandi nota Teschdid vel apposita vel omissa (§. 16.).

a) Si sunt literae aequales ut فرّخ *felix* ex فر et رخ; سپيديو *genius albus* ex سپيد et ديو; نيمن *non sum ego* pro نيم من.

b) Si sunt literae eiusdem ordinis ut بتّر *peior* pro بدتر; شپّره *vespertilio* pro شبپره; آبدستان vel آبدسدان *malluvium* pro آبدستدان.

c) Si sunt literae diversi ordinis, quod tamen rarius invenitur e. g. خرّم *laetus* pro خُدْرَم, quae vox ex s. क्षुद्रम् derivanda esse videtur.

71. Attamen haec contrahendi lex neque usu loquendi est sancita, neque semper observata, quin imo formae plenae et integrae usitatiores sunt quam contractae.

72. Abiiciuntur denique imprimis consonantes in fine vocum positae.

a) Si praecedunt vocales longae ـَا, ـُو et ـِى e. g. پادشا *rex*, کلا *diadema*, گیا *herba*, گوا *testis*, pro پادشاه, کلاه, گیاه et گواه; فرو infra pro فرود; چو *quum* pro چون; زمیی *terra* pro زمین; سپی *albus* pro سپید vid. Boorh qat. s. v.

b) Si praecedit litera vocali destituta ut فرامش vel فراموش *oblivio* pro فرامُشت.

c) Si ultima litera est ن e. g. نشیم *nidus* pro نشیمَنْ.

73. Talis autem consonantium abiectio, nisi vocabuli فرود formam فرو, ante consonantes tantum usurpatam, et particulam چو excipias, mere poetica esse videtur, quum saepissime in carminibus rhythmo vel metro exigente reperiatur; vid. Secand. nam. p. 1. l. 7 sqq. p. 23. l. 10. Chrest. Schahn. p. 50. vs. 299.

p. 73. vs. 24. p. 76. vs. 85. PENDNAM. p. 272. l. 18. FRAGM. p. 19. vs. 28.

MUTATIO LITERARUM

ا, و, ی.

74. Litt. ا, و et ی ut in arabico sermone aut consonantium vice funguntur, aut quiescunt post vocales sui generis, aut faciunt diphthongos, vocali diversi generis antecedente. Praeterea permultis mutationibus ob lenem earum naturam sunt obnoxiae.

ا

75. Lit. ا initialis aut *necessaria* est, aut *supervacanea*.

a) *Necessaria* dicitur lit. ا, si est vera et integra vocabuli pars, quae minime abesse potest, nec mutationibus est obnoxia, ut in voc. انجام *finis*, اندام *corpus* al.

b) *Supervacanea* autem est lit. ا, si vocabulum idem manet eiusque significatio haud immutatur, litera ا ut lubet scripta, aut omissa, aut permutata.

Voces, quae a lit. ا supervacanea incipiunt, sunt

aut particulae, aut nomina, aut pronomina, aut verba et sequentibus mutationibus obnoxiae:

76. Particularum litera ا supervacanea modo abiicitur, modo retinetur. Tales sunt:

a) Praepositiones أبا *cum*, أبر *super* et أبى *sine*, quae in antiquorum maxime poetarum carminibus leguntur, in oratione autem pedestri suum Elif semper abiiciunt et scribuntur با, بر et بى; porro praepositio أز, cuius posterior lit. ز, abiecta priori, vocalem *i* accipit, quae tamen in compositione saepe cum alia vocali permutatur (§§. 80. 84.).

b) Coniunctio أگر *si*, quae saepissime quidem in sermone poetico literam ا abiicit, sed haud raro in soluta quoque oratione eadem forma گر reperitur.

c) Pauca adverbia ut أكنون poet. كنون *nunc, modo*, ايدون *nunc*, in compos. ـيدون, abiecta lit. ا, ut هميدون *statim* al.

77. Substantiva et nomina propria, quorum primam literam ا, vocali insignitam, sequitur consonans vocali destituta, ut أستر *mulus*, أستخوان *os*, اشكم *venter*, أفريدون *Feridún*, أپرويز *Perwîz* al., hanc literam ا saepe abiiciunt, eiusdem vocali ad se-

quentem consonantem transeunte, ut oriantur formae پَرْویز, فَریدون, شِکم, سُتُخوان, سَتَر.

78. Pronomina personalia 3 pers. sg. اُو seu اُوی et pl. ایشان et demonstrativa این *hic* et آن *ille* si cum praepositionibus vel particulis, quae in consonantem vocali destitutam exeunt, ut بَرْ *super*, دَرْ *in* al., coniunguntur, lit. ا simplex et geminatae آ prior abiicitur eiusque vocalis ad consonantem praecedentem transit e. g. چُونُو, چُنِین, دَرَان, دَرِین, بَرِیشان, دَرُو cf. Lumsden a Gramm. t. II. p. 502.

79. Si praefigitur praeposito بَ pro به separab., lit. ا aut remanet, aut, quod usitatius est, eius loco lit. د euphonica, vocali literae ا insignita, inseritur, ut dicant بَاُو seu بَآن, بَایِن, بَایشان, بَاُوی et بَدُو seu بَدَان, بَدِین, بَدِیشان, بَدُوی.

Annot. Pro بدان in libris manuscriptis et impressis legitur etiam بدآن, quod rectum esse haud affirmaverim, quum lit. د literae ا locum obtineat et, si duae literae ا adsunt, una tantum remanere possit. Eadem de causa scribendum est دران et بران non درآن et برآن, ut iidem libri interdum exhibent, quum secundum regulam una lit. ا abiicienda sit.

80. Si praefigitur litera vocali *i* insignita, ut

praepositio زِ *ex* pro اَز, pronomen relat. کِ pro کِه al., lit. ا pronominum, quae ab ipsa vocali *i* incipiunt, una cum hac vocali abiicitur e. g. زِیشان pro زِایشان, کِین pro کِاین. Si autem pronomina ab alia vocali quam *i* incipiunt, litera ا simplex et geminatae آ prior abiicitur eiusque vocalis ad literam praefixam transit, cuius vocalis simul eliditur, e. g. زُو pro زِاُو; زَان pro زِآن; کُو pro کِاُو; کَان pro کِآن.

81. Verba quae huc pertinent a lit. ا simplici, vocali insignita, incipiunt, quam sequitur consonans vocali destituta, vel alia lit. ا, scriptura expressa, aut duplicandi signo Medda cum priori ا contracta (§. 19.), e. g. اِسْتادن seu اِیسْتادن (Gulist. p. 135. l. 21.) *stare*, اُفْتادن seu اُوفْتادن (Gulist. p. 148. l. 12.) *cadere*, اَفْروختن *accendere*, اَفْزودن *augere*, آمَدن seu اامدن *venire*, آوَردن seu ااوَردن *afferre* al.

82. Talium verborum, praeter ea quae a lit. Elif geminata اا seu آ incipiunt, lit. ا simplex saepe abiicitur et sequens consonans vocali destituta aut eadem literae ا vocali, aut alia quadam insignitur; ita e. g. pro اِستادن, اُفتادن, اَفروختن et اَفزودن dicitur سِتادن, فُتادن vel فِتادن, فُروختن et فِزودن. Saepis-

sime tamen in poetico sermone haec verborum forma reperitur.

83. Accedente verbi augmento بِ, aut particula negativa مَ vel نَ, lit. ا simplex et geminatae اا seu آ prior semper in یَ convertitur, altera lit. ا immutata remanente, ut مَیَاوَر، نَیَامَد، نَیَفْرُوخت، بِیَفْتَد، بِیَسْتَد et مَیَفْزا pro مَآوَر، نَآمَد، نَآفْرُوخت، بِأُفْتَد، بِاسْتَد et مَآفْزا.

ANNOT. Per licentiam poeticam, metri potissimum causa, lit. Elif geminata اا seu آ interdum in literam ا quiescentem abiit, ut dicant نَـایَد et نَـامَد pro نَیَـایَد et نَیَامَد vid. FRAGM. p. 23. vs. 14. SOOHRAB p. 180. vs. 5. COLLECT. OR. t. I. p. 28. l. 11. CHREST. SCHAHN. p. 50. vs. 300. — Rarius hoc in oratione pedestri reperitur e. g. FLEISCHER Ali's Sprüche p. 45. l. 17. ubi نایَد pro نیایَد et schol. ad SECAND. NAM. p. 8. l. 16. ubi نامده pro نَیَامده.

84. Si autem alia lit. vocali *i* insignita praefigitur, ut praepositio زِ *ex*, pronomen كِ *qui*, haec vocalis cum vocali *a* permutatur, qua ipsa litera ا simplex vel geminata آ, omisso tamen signo Medda, quiescat e. g. زَافْكَندن pro زِاَفْكَندن; كَامَد pro كِآمَد, كَافريدى pro كِآفريدى.

85. **Verbi substantivi** tres personae sing. et plur. اَم *sum*, اِی *es*, اَست *est*, اِیم *sumus*, اِید *estis* et اَند *sunt* cum praecedente vocabulo saepissime in unam vocem coalescunt, litera ا hunc in modum permutata:

86. Praecedente consonante vocali destituta, praeter litt. ا, و, ی et ه occultum, lit. ا abiicitur eiusque vocalis ad hanc consonantem transit. Ita e. g. nomen پیرْ *senex* cum verbi substantivi personis coniunctum format: پیرَم, پیرِی, پیرَست, پیرِیم, پیرِید, پیرَند.

Annot. In codicibus manuscriptis et libris impressis haec regula non semper est observata, quod interdum metri quoque ratione habita, aut euphoniae causa factum esse videtur, ne literae durae concurrant.

87. Praecedente vocali ا *â*, quae etiam pro ـَی (الف مقصورة) scribitur (§. 53.), aut ـُو *û*, *ô* personarum verbi substantivi lit. ا in ی convertitur, quod eiusdem literae ا vocali pronuntiatur. Exempla sint بینا *videns* et خوش‌ابرُو *pulcris palpebris praeditus*, cum verbo substantivo coniuncta:

خوش‌ابروئیم	خوش‌ابرویَم	بینائیم	بینایَم
خوش‌ابروئید	خوش‌ابروئِی	بینائید	بینائِی
خوش‌ابرویَند	خوش‌ابرویَست	بینایَند	بینایَست

88. Attamen 3 pers. sing. است, abiecta lit. ا, saepius cum praecedente quoque vocabulo pronuntiando contrahitur, ut dicatur بینَاست et خوش‌ابرُوست cf. Gulist. p. 119, 10. p. 134, 11. p. 136, 18. Collect. or. t. I. p. 16. l. 2. Pronuntiatio eadem manet, si است a voce praecedente in scribendo separatur e. g. مصطفَی است pro مصطفاست Pendnam p. 100. vs. 1. کجا است pro کجاست Soohrab. p. 194. vs. 1. cf. Collect. or. p. 68. l. 1.

Interdum metri potissimum causa است et اند separatim scribuntur et pronuntiantur, ut پیشِ تُو اَست *coram te est* Chrest. Schahn. p. 75, 62. برادرانِ تُو اَند *fratres tui sunt* Fleischer Ali's Sprüche p. 9. l. 10 et 11.

89. Praecedente vocali یِ *i, é* (§§. 8. 10. 54.) personarum verbi substantivi litera ا abiicitur eiusque vocalis ad literam ی transit. Exemplum sit چینی *Sinensis* cum verbo substantivo coniunctum: چینیَم چینیِی چینیَست چینیِیم چینیِید چینیَند.

Interdum voces in scribendo separantur, ita ut dicatur e. g. قومی اند Gulist. p. 67. l. 15.

90. Saepe in 3 pers. sing. contrahitur, ut dicen-

dum sit چینیست; cf. باقیست Gulist. p. 136. l. 15. آدمیست Pendnam. p. 272. l. 17. — Haud raro etiam contractio pronuntiando tantum indicatur, verbo substantivo integre et separatim scripto e. g. یکی است quod legendum est یکیست Secand. nam. p. 7. l. 16. cf. p. 6. l. ult. Pendnam. p. 299. l. 20 et 21. — Denique terminatio ی interdum a voce, ad quam pertinet, avellitur et cum است in ایست coalescit ut آزاد ایست pro آزادیست pro آزادی است Stickel sententiae Ali p. 27. l. 4. cf. p. 28. l. 1. p. 32. l. 7.

91. Praecedente lit. ه occulta verbum substantivum immutatum manet excepta 2 ps. sing. اِی, quae etiam solo signo ء exprimi potest e. g. بوده اَم *fui,* بوده اِی seu بودهٔ, بوده اَست etc. Ita quoque dicitur چه اَم et کِه اَم Pendnam. p. 180. l. 20 et 21.

Annot. 1. In poetico tamen sermone saepe 3 ps. sing. است cum verbo praecedente, litt. ا et ه elisis, in unam vocem coalescit, ut dicant بودَست pro بوده است. Cf. نوشتَست pro نوشته است Gulist. p. 77. l. 16. p. 83. l. 18. زندَست pro زنده است Coll. or. t. I. p. 80. l. 11. آمدَست pro آمده است Chrest. Sch. p. 53. vs. 343. کردَست pro کرده است Gulist. p. 2. l. 18 al.

Annot. 2. Raro litera ا verbi substantivi retinetur, ut

گرفت است, نشست است, آمد است Soohrab p 186. vs. 8. p. 190. vs. 2. Secand. nam. p. 79. l. 10.

92. Verbum quoque substantivum immutatum manet, si lit. ه occulta signo ء, quod terminationis اِی locum tenet, est insignita.

Interdum tamen, ut in terminatione ـِی (§. 90.), signum ء a voce, ad quam pertinet, avellitur et cum sequente است in ایست coalescit ut طایفه ایست pro طایفهٔ است Gulist. p. 159. l. 5. Scribitur etiam ستارهٔ ایست Secand. nam. p. 85. l. 14. schol.; میوهٔ ایست ibid. p. 87. l. 10. schol.

93. Si verbo substantivo vox inseparabilis, quae in vocalem brevem exit, praefigenda est, eiusdem verbi litera ا in ی convertitur. Tales voces sunt particula negativa نَ *non* et pronomina rel. et interrog. كِ et چِ a forma separabili نَه, كِه et چِه derivatae, quae cum verbo subst. hunc in modum coniunguntur:

نَیَم	نَئِی	نِیست	نَئِیم	نَئِید	نَیَند
کِیَم	کِئِی	کِیست	کِئِیم	کِئِید	کِیَند

Annot. 1. Quum 2 ps. sing. اِی solo quoque signo ء exprimatur, adhibita forma inseparabili نـه, کـه et چـه, loco نَئِی, کِئِی et چِئِی etiam نَهٔ, کِهٔ et چِهٔ scribi potest; vid. Secand. nam. p. 117. l. 4.

Annot. 2. Tertiae personae sing. forma نیست et کیست per contractionem orta est ex نَیَست et کِیَست.

Annot. 3. Pronomen چه eodem modo atque pronomen که cum verbi subst. personis coniungendum esset, sed praeter 3 personam چیست ceterae raro reperiuntur.

94. Lit. ا in *medio* vocum, vocalem *a* producens, non solum in carminibus, sed etiam in oratione soluta saepius omittitur, ut رَه pro راه *via*, دامَن pro دامان *lacinia*, مَه pro ماه *luna*, شَهَنشَه pro شاهانشاه *rex regum* al.

95. Lit. ا vocum arabicarum, vocalem praecedentem *a* producens, si pronuntiatione ad sonum literae ی inclinat et sono *é* effertur, quod grammatica lingua إماله dicitur (§. 6.), a Persarum poetis re vera in literam ی praecedente vocali Zêr mutatur, ut sit diphthongus یِ = *é* seu یای مجهول e. g. رکیب pro رکاب rekêb *stapia*, کِتیب pro کتاب kitêb *liber*, عِتیب pro عتاب ʿitêb *reprehensio*, لیکِن pro لاکِن lêkin *sed* al. Vid. De Sacy Gramm. ar. I. §. 81. Caussin de Perceval Gramm. ar. vulg. p. 1 et 2. Lumsden a Gramm. t. I. p. 135. Seven Seas t. VII. p. 9 fin. cf. Secand. nam. p. 8. l. 5 schol.: مزیج امالهٔ مزاج وامالهٔ در

اصطلاح تبدیل الف بیای مجهول بود چون کتاب وکتیب ورکاب ورکیب cll. p. 65. l. 14 sqq.

Lit. ا *finalis* haud immutatur.

و

96. Lit. و neque *initio* neque *fine* vocum mutationibus est obnoxia.

97. In *medio* autem posita, vocalem *u, o* producens, plane ut lit. ا in scribendo omitti potest e. g. کُه pro کوه *mons*, هُش pro هوش *intellectus*, تُست pro توست, ex تُو *tu* et اَست *est* contractum.

98. Interdum praecedente vocali Zabar eadem literae و abiectio locum habet, vocali tamen *a* simul cum Pèsch permutata e. g. گُهر pro گَوهر *gemma*.

ی

99. Litera ی *initio* vocum non mutatur.

100. In *medio* posita, vocalem *i* producens, plane ut litt. ا et و in scribendo omitti potest, ut بِرون pro بیرون *extra*, زِنهار pro زینهار *cave*, نِکو pro نیکو *bonus*.

101. In *fine* vocum lit. ی praecedente vocali *i* in signum ء convertitur, si vocabulum exit in literam ه occultam, ut بندهٔ *servus unus* pro بندهی.

Digitized by Google

102. Sequente verbo substantivo است *est* eadem lit. ی cum praecedente vocali *i*, vel signum ء, eius loco positum, a voce, ad quam pertinet, avelli et cum است coniungi potest, ut supra §§. 90 et 92 exemplis probatum est.

103. Vocabulo, vocali longa ـَا vel ـُو terminanti, lit. ی vocali destituta ut lubet addi potest, ut dicant e. g. جا et جای *locus*, پا et پای *pes*, رو et روی *facies*, سو et سوی *latus* al.

104. Accedente autem suffixo vel terminatione quadam haec lit. ی coniunctionis causa inserenda est, ut infra suo loco docebitur e. g. پایها *pedes*, پائِی *pes unus*, پایَش *pes eius*, نیکوئِی *bonum*, ابرویَش *supercilium eius*.

MUTATIO LITERAE ه OCCULTAE.

105. Lit. ه in fine vocis reperta, praecedente vocali brevi *a*, dicitur occulta (§. 44.), eaque potissimum de causa apposita videtur, quia vox persica in consonantem vocali destitutam exeat necesse est. Quod confirmatur persica lingua cum sanscrita comparata; quae enim suffixa et verba persica in ـَه exeunt, in sanscrita lingua

plerumque vocali अ vel आ terminantur, e. g. participii praet. pass. terminatio ته vel ده sanscr. त (§. 220, 1.), terminatio ينه sanscr. इन (§. 256.), al.; cf. تشنه *sitiens* s. तृष्णा, سايه *umbra* s. छाया, زه *chorda* s. ज्या, ستاره *stella* s. तारा, فرزانه *doctus* s. प्राज्ञ al.

106. Rarius literae ه occultae vocalis brevis *i* praecedit, ut in pron. rel. كه et چه (§. 192.).

107. Quum igitur lit. ه occulta fulciendae tantum vocali finali inserviat, inter vocalem et consonantem quasi medium tenere et cum spiritu leni comparanda esse videtur.

Inde sequitur, hanc literam ob lenissimam suam naturam vocalem ferre non posse et

a) accedente genitivi nota *i* signum ء esse apponendum, quo haec vocalis pronuntiari possit (§. 124.), ut بندهٔ من *servus meus* pro بندهِ من;

b) accedente autem suffixo ي aut pluralis terminatione ان literam گ euphonicam esse inserendam, quae vocalem recipiat, litera ه vel scripta vel omissa (§. 117.); e. g. بندهگي seu بندگي *servitus*, بندهگان seu بندگان *servi* a بنده *servus*.

Annot. 1. Rarius suffixum ي, plane ut genitivi nota,

signo ۀ, vocali *i* pronuntiando, exprimitur, ut exemplo پستۀ جامه *vestis pistacei coloris*, pro پستگی جامه probat libri Seven Seas auctor t. VII. p. 32. l. 2.

Annot. 2. Pro lit. گ euphonica raro lit. ی ponitur e. g. پیشینهٔی *antiquitas* pro پیشینگی Sec. nam. p. 157. l. 14.

c) accedente pron. suff. ـَم, ـَت et ـَش literam ا inseri, qua suffixi vocalis *a* pronuntietur (§. 171.), ut بندهٔام, بندهٔات, بندهٔاش *servus meus, tuus, suus.*

d) accedente denique pluralis terminatione ها literam ه occultam prorsus abiici (§. 118.), ut جامه *vestis* pl. جامها.

108. In 2 ps. sing. Perfecti loco verbi auxiliaris اِی *es* frequentissime signum ۀ, literae praecedenti ه appositum, scribitur, ut گفتۀ pro گفته ای *dixisti.*

Annot. Per licentiam poeticam hoc signum ۀ, literae ه appositum, etiam abesse potest, ut in hemist.: زدانش قلم رانده بر لوح خاك quo رانده pro رانده positum esse bene annotavit scholiasta ad Sec. nam. p. 2. l. 12.

109. Denique lit. ه occulta una cum vocali praecedente *a* saepe abiicitur, ut dicendum sit آستانه et آستانْ *limen*, بنه et بُنْ *fundus*, پیشینه et پیشینْ *antiquus*, تخمه et تُخْمْ *semen*, چاره et چارْ *remedium*, کینه et کینْ *odium*, نیمه et نیمْ *dimidium* al.

DE NOMINIBUS.

GENUS.

110. Persae, ut in aliis orationis partibus, ita in nominibus quoque genera non distinguunt terminatione. Genus rerum inanimatarum in lingua persica nullum est; sexus autem hominum ceterorumque animantium aut propriis nominibus exprimitur, ut مرد *vir*, زن *femina*, پسر seu فرزند *filius*, دختر *filia*, کنیز seu کنیزک *puella*, خروس *gallus*, ماکیان *gallina* al., aut ubi commune est utriusque sexus nomen, neque ex orationis contextu genus nominis cognosci potest, appositis vocibus quibusdam, quae sexum designant, ut مرد *vir*, زن *femina*, پسر *filius*, کنیز *puella* de hominibus, et نر seu نره *mas* (s. नर) et ماده *femina* (cll. s. मातृ nom. माता) de animalibus. — Tales voces nominibus aut praeponuntur, ut oriantur composita determinativa, aut instar adiectivorum ope vocalis *i* (§. 140.) postponun-

Digitized by Google

tur; e. g. پیر مرد *senex*, پیر زن *vetula*, مردگدا *mendicus*, زنگدا *mulier mendicans*, نرگاو *bos*, مادهگاو *vacca*, شیر نر *leo*, شیرانِ نر *leones*, شیر ماده *leaenae*, شیرانِ ماده *leaenae* al.

111. Saepe diversum genus arabicis quoque nominibus, quibus Persae utuntur, distingui solet.

NUMERUS.

112. Duos numeros exprimit persica lingua, Singularem et Pluralem; forma autem Duali propria prorsus caret.

Pluralis duae sunt terminationes ان et ها, lege quidem ita inter se distinctae, ut illa hominum ceterorumque animantium, haec rerum inanimatarum nominibus affigatur; usu tamen saepe inter se commutatae et animantibus et inanimantibus promiscue tributae e. g. مرد seu مردُم *homo*, pl. مردان (SECAND. NAM. p. 28. l. 11 et 12.) seu مردُمان; سنگ *lapis*, pl. سنگها; اسب *equus*, pl. اسبان et اسبها; سخن *verbum*, pl. سخنان et سخنها; شتُر *camelus*, pl. شتران et شترها; روز *dies*, pl. روزها et روزان; شب *nox*, pl. شبها et شبان; گوهر *gemma*, pl. گوهرها raro گوهران

(جمع کردن گوهر بالف ونون شاذ است Secand. nam. schol. p. 8. l. 8.).

113. Pluralis terminatio ـان vel ها nominibus, quae in alias consonantes quam ا, و et ه occultum exeunt, sine ulla mutatione affigitur, ut exempla modo allata docent.

114. Nomina autem, quorum ultima lit. est ا vel و, in vocali sui generis quiescens, ante Pluralis terminationem ـان vel ها literam ی euphonicam assumunt (§. 104.), ut دانا *sapiens*, pl. دانایان; نیکو *bonus*, pl. نیکویان; پا *pes*, pl. پایها; ابرو *supercilium*, pl. ابرویها.

Raro omissa est lit. ی ut in plur. بازُوان, cuius sing. est بازو *brachium;* vid. Semelet ad Gulist. p. 65. l. 15.

115. Eodem quoque modo perpauca nomina, aliis consonantibus terminata, Pluralem formant ut سال *annus*, pl. سالیان praeter سالها et سالان Fragm. p. 20. vs. 1. Chrest. Schahn. p. 26. vs. 6.; ماه *mensis*, pl. ماهیان praeter ماهها vid. Lumsden a Gramm. t. I. p. 455.

116. Interdum loco literae ی inseritur گ eu-

phonicum, ut نیا *avus*, pl. نیاگان Chrest. Schahn. p. 32. vs. 79.

117. Nominibus, quae in ه occultum exeunt, Pluralis terminatio ـان ope گ euphonici affigitur, lit. ه interdum expressa, plerumque tamen omissa (§. 107, b.), e. g. بنده *servus*, pl. بندگان; مرده *mortuus*, pl. مردهگان Pendnam. p. 45. l. 1.

118. Eadem nomina ante Pluralis terminationem ها lit. ه occultam amittere solent (§. 107, d.), e. g. جامه *vestis*, pl. جامها; نامه *liber*, pl. نامها. — Raro tantum haec lit. ante ها retinetur, ut in کرّهها *vices*.

119. Alia Pluralis terminatio, cum arabica femininorum consentiens, est ـات vel جات, si sing. exit in ه occultum, ut نوازش *blanditiae*, pl. نوازشات; قلعه *arx*, pl. قلعجات; نامه *liber*, pl. ناجات. Sed utraque in nonnullis tantum libris persicis recentioribus reperitur, ut in *vita Nadir Schahi*, in libro *Túti-Namah*, *Hâtim-Tai* al. et ab incorrupta persici sermonis integritate plane abhorret.

120. Persicae terminationes pluralis ـان et ها arabicis quoque nominibus adduntur, e. g. مُورِّخ *historicus*, pl. مورخان; علوفة *stipendium*, pl. علوفها ab

علوفه Wilken hist. Sam. p. **130**. l. 8. ubi male علوفها; نعمة *gratia*, pl. نعمتها.

Praeterea Persae arabicis nominibus, Plurali sano vel fracto positis, ut lubet uti possunt.

CASUS.

121. Persica declinatio, a sanscrita et zendica prorsus discrepans, duas tantum casuum terminationes, utriusque numeri communes, distinguit, quarum una Genitivum exprimit, altera Dativi et Accusativi est communis.

DE CASUUM FORMATIONE.

NOMINATIVUS.

122. Nominativus, proprio charactere prorsus carens, in Singulari nuda nominis forma exprimitur, in Plurali autem huius numeri terminationibus ـَان et ها, §§. 112—120. pluribus descriptis.

GENITIVUS.

123. Genitivi character est vocalis *i*, nomini regenti affixa, et *Kesra relativa* (کسرهٔ اضافی) appellata, quum Persae hanc nominis cum nomine coniun-

ctionem, quam *relationem* (اضافت) dicunt, plane ut Hebraei, non in nomine recto sed in regente exprimant, e. g. نامِ پدر *nomen patris*, پسرانِ مادر *filii matris.*

124. Si nomen regens terminatur lit. ه occulta, Genitivi nota *i* ope signi ء apponitur (§. 107, a.), ut بندۀ سلطان *servus Sultani.*

125. Si autem nomen regens exit in litt. ا vel و in vocali sui generis quiescentes, lit. ی euphonica, *Ja relationis* (یای اضافت) dicta, in fine adiicitur, quae Genitivi signum *i* accipiat. Quam quidem literam, quum grammatici ut *Hamzam lenem* (همزۀ ملیّنه) efferendam esse dicant, Hamza quoque signo saepe insignitam invenies, aut cum illo permutatam, e. g. پایِ قلعه *pes arcis* Coll. or. t. I. p. 206. l. 12. cll. پایِ خود *pes suus* Pendn. p. 12. l. 8.; رویِ زمین *superficies terrae* cll. رویِ اوراق *frons foliorum* Coll. or. I. p. 64. l. 4. et p. 194. l. 1.; زورقهاء ملّاحان *naviculae nautarum* ibid. p. 152. l. 1. cf. p. 266. l. 15. Secand. nam. p. 137. l. 13. 15. p. 139. l. 14. 16. p. 141. l. 15. 18. Semelet ad Gulist. p. 66, 5°. — Contra autem dicitur پرتوِ آفتاب *radius solis*, گاوِ زمین *bos terrae*, quum lit. و consonantis vim habeat.

126. In nominibus ipsa lit. ی terminatis haec lit., ut solet, Genitivi nota *i* insignitur et instar Hamzae lenis, modo superscriptae, modo omissae, pronuntiatur, e. g. معنئ آن *sensus eius* Coll. or. p. 32. l. 7. بندگی پادشاه *servitium regis* ibid. p. 276. l. 2. تلخئ مرگ *amaritudo mortis* Pendn. p. 40. l. 14. 15. cf. Secand. nam. p. 141. l. 14.

Metro exigente hanc literam ی duplicare licet, ut in versu Dschâmii a Lumsdenio (a Gramm. t. II. p. 247.) allato

بیخودیِّ من زعشقت گرچه از حد درگذشت

127. In vocibus صاحب *possessor,* سر *caput, extremum* paucisque aliis Genitivi nota plerumque omittitur, si cum nomine recto coniunctae quasi composita efficiunt, e. g. صاحبْ دل *(cordis possessor) cordatus, sapiens;* صاحبْ هنر *(praestantia, virtute praeditus) sapiens, peritus;* سرْانجام *(caput extremitatis) extremum, finis rei;* سرْچشمه *(extremum fontis) fons, scaturigo;* سرْمایه *(caput summae) summa capitalis;* آبْروی *(aqua* vel *nitor faciei) honos, gloria;* نمدْزین *stratum coactile* equi, quod ephippio subdere solent al. vid. Lumsden a Gramm. t. II. p. 250.

Eodem modo Genitivi notam supprimere licet, si nomen regens exit in literam ة pronuntiatam, ut docet schol. ad SECAND. NAM. p. 3. l. antep., quum dicat: قطرة آب بفك اضافت اكثر می آید چه قاعده است که در الفاظیکه آخرش های ملفوظه باشد قطع اضافت جایز بود. Contra autem legitur قطرۀ آب COLL. OR. tom. II. p. 340. vs. 1560.

128. Praeterea in lingua persica Genitivus etiam circumscribitur praepositione از seorsim posita, aut cum pron. dem. آن coniuncta (§. 178, c.), e. g. این قلعه از سلطانست *haec arx Sultani est* NOT. et EXTR. t. IX. p. 207. زدختر بکام *ad voluntatem filiae* CHREST. SCH. p. 103. vs. 273. نام خود وازان پدر *nomen suum patrisque;* دوستی ازانِ کلیله *amicus quidam Calilae* ANVARI SOOH. fol. 82. v. l. 3.; مادهگاوی ازانِ پیرهزن *vacca anus* ib. f. 163. v. l. 19. cf. f. 77. v. l. 15. — Plura vid. in Synt.

129. Alia denique Genitivum circumscribendi ratio, in recentioribus praesertim libris usitata, oritur adhibita voce arabica مال *opes, possessio,* qua Genitivus possessionis exprimitur, e. g. کتابِ مالِ پدر *liber patris*, quem pater possidet; vid. DOMBAY Gramm. ling. pers. p. 8.

DATIVUS ET ACCUSATIVUS.

130. Dativi et Accusativi nota vulgaris est particula را nomini in utroque numero postposita, ut پدررا *patri* et *patrem*, پدرانرا *patribus* et *patres*. Saepe etiam, praesertim in poetico sermone, iidem casus particula مر nomini praeposita exprimuntur, altera particula را vel sequente vel omissa; e. g. یکیرا دوستی بود *cuidam amicus erat* Gulist. p. 70. l. 11. عابدیرا پرسید *monachum quendam interrogabat* ibid. p. 72. l. 10. مر اورا صد دینار بخشیده بود *illi centum denarios donaverat* ibid. p. 129. l. 16. مر آن نامهرا بر گشاد *has literas aperuit* Fragm. p. 26. vs. 16. مر آن خانه گشتاسبی نام کرد *domum illam Guschtasbi nomine nuncupavit* ibid. p. 28. vs. 22. cf. Chrest. Sch. p. 264. l. 11. sqq. Fleischer Ali's Sprüche p. 15. l. 9.

131. Si Dativus et Accusativus cum alio nomine sive Genitivo, sive copula و, sive per appositionem sunt coniuncti, sive denique adiectivum post se habent, particula را non voci, ad quam proxime pertinet, sed illi, quae ultimum locum occupat, adiungitur; e. g. درِ میر ووزیر وسلطانرا *portam Emiri et Veziri et Sultani* Gulist. p. 35. l. 5. خلاف افتاد رایِ پیرِ و پیرودهرا *ve-*

xillo et aulaco certamen incidit ibidem p. 78. l. 21. توانگری بخیلرا پسری رنجور بود *diviti cuidam avaro unus filius aegrotabat* ibid. p. 143. l. 17.

132. Ita haec particula را in fine quoque integrae propositionis ponitur, si ea tanquam Accusativus aut eius pars est accipienda. Imprimis hoc valet de sententiis arabicis, quas Persae orationi intexere solent, ut exemplis in Syntaxi afferendis probabitur.

133. Accusativum Persae nota را non insigniunt, si indefinite et in universum loquuntur. Sed in definita quoque oratione scriptores in addenda particula را non semper secum consentiunt, ut in Syntaxi pluribus verbis ostendetur.

134. Saepe etiam Dativus praepositione بَه seu بَ denotatur, ut کنیزکرا بسیاه بخش *filiam nigro* (Aethiopi) *dona* Gulist. p. 52. l. 1. بدو گفت *illi dixit* Chrest. Sch. p. 9. vs. 111.

VOCATIVUS.

135. Vocativi propria terminatio est vocalis longa ا *á*, nominibus in fine adiecta, in poetico tamen sermone imprimis usitata, e. g. خدایا *o Deus!* Gulist.

p. 27. l. 15.; ساقیا *o pocillator!* Specimen poes. pers. p. 100. بار خدایا *o domine Deus!* Fleischer Ali's Spr. p. 61. l. 9.

Vocativo, terminatione اَ insignito, etiam praemitti potest particula vocativa ای *o*, e. g. ای بسا کس *o quam multi!* Fleischer Ali's Sprüche p. 37. l. 10. ای بسا مرد سود جوینده *o quam multi questus cupidi!* ibid. p. 47. l. 8.

136. Eadem Vocativi terminatio adiectivis affigitur, ut خوشا *o pulcrum,* بدا *o turpe,* اندکا *o parum,* بسا *o multum.* Si autem adiectivum cum substantivo est coniunctum alterutri tantum adiicitur, e. g. بسا امید seu بس امیدا *o multa spes!* Fleischer Ali's Spr. p. 47. l. 3 et 11.

137. Saepissime autem Vocativus Nominativo exprimitur praemissa particula vocativa arabica أَیْ, vel persica ای *o*, e. g. ای یل *o heros!* Fragm. p. 29. vs. 11. ای پدر *o pater!* Gulist. p. 87. l. 6. ای بار خدای *o domine Deus!* ibid. p. 83. l. 10.

138. Reliqui casus, Ablativus, Instrumentalis et Locativus praepositionibus exprimuntur.

Sequuntur casuum terminationes brevi in conspectu

positae, qua in tabula Genitivi nota ad nomen regens referenda est.

	Sing.	Plur.
Nom.	—	— انْ et — ها
Gen.	ـِ — (ۀ, يِ s. ئِ)	— انِ et — هايِ — seu — هاء s. — هائِ
Dat. et Acc.	مر — را	مر — انْرا et مر — هارا
Voc.	ای — ا — cum et sine ای	ای — انْ ای et ای — ها

DE NOMINE ADIECTIVO.

139. Adiectiva, pro substantivis posita, substantivorum quoque sequuntur declinationem et numeri mutationi sunt obnoxia.

140. Cum substantivo autem coniunguntur adiectiva ope vocalis *i*, substantivo affixae, neque generis neque numeri subeunt mutationes, e. g. دوستِ قديم *amicus antiquus*, pl. دوستانِ قديم.

141. De ratione huius vocalis scribendae et pronuntiandae, quam grammatici *Kesra descriptionis* (كسرۀ توصيفى) appellant, eaedem valent regulae, quas supra (§§. 123—126.) de Genitivi nota *i* (كسرۀ اضافى)

exposuimus. Itaque dicitur: جامهٔ زرنگار *vestis auro picta* CHREST. SCH. p. 2. vs. 22. جنکهای سخت *proelia atrocia* COLL. OR. I. p. 372. l. 15. پیشکشهاء لایق *munera digna* ibid p. 150. l. 13. صوفیِ صافی *Sufius purus* PENDN. p. 182. l. 14. میِ خوشگوار *vinum suave* CHREST. SCH. p. 7. vs. 87. آهویِ خوشنظر *dorcas pulcris oculis praedita* ibid. 94. vs. 119. خویِ نیك *indoles bona* GULIST. p. 190. l. 20 al.

ANNOT. 1. Interdum etiam in sermone poetico haec vocalis *i* vel lit. ی euphonica, qua substantivum cum adiectivo coniungunt, supprimitur, ut dicant e. g. هوا معتدل pro هوای معتدل SECAND. NAM. p. 137. l. 12 et 15.

ANNOT. 2. Nullum igitur est discrimen inter Genitivi notam *i* (کسرهٔ اضافی) et eam, qua substantiva cum adiectivis coniunguntur (کسرهٔ توصیفی). At veteres Persarum scriptores utramque notam in scribendo ita distinxisse contendit lexici SEVEN SEAS auctor (t. VII. p. 38. l. 4 sqq.) ut کسرهٔ توصیفی litera ی exprimerent et dicerent e. g. غلام عاقل *servus prudentis*, sed غلامی عاقل *servus prudens*. Quae quidem distinctio si ambiguitatis tantum tollendae causa est introducta, mirum sane videtur, cur tam raro haec lit. ی in persicis libris apposita reperitur, eaque de causa LUMSDENIO (a Gramm. t. II. p. 265.) facile assentiar, qui articulum indefinitum (§. 256. sub ی) hac lit. ی expressum dicit.

DE GRADIBUS COMPARATIONIS.

142. Comparativus et Superlativus a Positivo formantur, prior adiecta terminatione تَر, posterior terminatione تَرِين e. g. نيك *bonus*, نيكتر *melior*, نيكترين *optimus*; بد *malus*, بدتر seu بتّر *peior*, بدترين seu بتّرين *pessimus*; دانا *sapiens*, داناتر *sapientior*, داناترين *sapientissimus*.

143. Gradus comparationis etiam ex praepositionibus et adverbiis formantur, ut پيش *ante*, پيشتر *anterior*, پيشترين *primus*; بر *super*, برتر *superior*, برترين *supremus*, al. cll. sanscr. उत्तर *altior*, उत्तम *altissimus* ab उत् *sursum* et lat. *interior*, *intimus*; *exterior*, *extimus*; بيشتر *maiore*, *maxima ex parte*, ab adv. بيش *plus* al.

144. Eaedem Comparativi et Superlativi terminationes non solum adiectivis arabicis, sed etiam ipsi arabici Comparativi formae أَفْعَلُ affiguntur e. g. صعب *difficilis*, صعبتر *difficilior*, صعبترين *difficillimus*; اعظمتر a Comp. arab. أَعْظَمُ *maior*; اوليتر a Comp. arab. أَوْلَى *melior* Gulist. p. 179. l. 4.

Annot. Comparativi terminatio تر eadem est ac sanscr.

तर et zend. [Zend script] tara, a qua Superlativi quoque terminatio ترين adiecto suffixo ين derivatur, nisi forte mavis, a sanscr. forma primitiva तरम eam derivare, e qua Superlativi notam sanscritam तम et zendicam [Zend script] těma decurtatam esse dicit Boppius (Vergl. Gramm. p. 389.).

145. Inter adiectiva unum بِه *bonus* gradu positivo saepe Comparativi quoque vim habet, e. g. صبر درويش بِه كه بذل غنى *pauperis patientia praestat liberalitati divitis* Gulist. p. 70. l. 8. اگر فرمائى طبيبىرا بخوانيم تا معالجه كند كه بِه شوى *si iusseris, medicum arcessamus, qui te curet, ut melius valeas* ibid. p. 139. l. 8. چون در آيد بِه از توئى بسخن *si te praestantior orationem orsus fuerit* ibid. p. 176. l. 13. cf. ibid. p. 7. l. 16 et 17.

Annot. Aliorum quoque adiectivorum gradum positivum pro Comparativo usurpari posse, pro certo haud affirmaverim, quum exempla desint. In sententiis Ali ben Abi Taleb, a Stickelio editis (p. 14. l. 1.) legitur quidem عزيز pro عزيزتر, sed quum in sententiis, quae proxime sequuntur, semper Comparativus adhibeatur, hoc quoque loco Comparativum عزيزتر praetulerim.

146. Superlativus, quem dicunt intransitivum, efficitur praepositis vocabulis gradationem significantibus, qualia sunt بس, seu بسى, seu بسيار *multum, valde;*

نیك *bene, valde;* بِه *bonus, valde* al. e. g. بسی بِهتر *multo melius* Chrest. Sch. p. 87. vs. 10. نیك سهلست *facillimum est* Gulist. p. 179. l. 7. نیك زِشت *valde turpis, pessimus* Pendn. p. 48. l. ult. بِه مُیَسَّر *facillimum* (gall. *bien facile*) Gulist. p. 158. l. 10.

147. Idem Comparativo quoque absolute posito exprimitur, ut غالبِ اشعارِ او درین زمین بزبان پارسیست اگر بگوئی بفهم نزدیکتر باشد *pleraque ipsius carmina hoc nostro loco lingua persica circumferuntur, qua si illa recitaveris, facilius intelligentur* Gul. p. 128, 14. هنر بچشمِ عداوت بزرکتر عیبست *virtus in inimicitiarum oculo maximum est vitium* ib. p. 109, 5.

DE NUMERALIBUS.

148. Numeralia Persarum e sanscritis vel zendicis maximam partem sunt decurtata, ut e formis comparandi causa hic allatis facile apparebit.

CARDINALIA.

	pers.	sanscr.	zend.
1	يَك	एक	𐬀𐬉𐬎𐬀 aêva
2	دُو	द्वि	𐬛𐬬𐬀 dva
3	سِه	त्रि	𐬚𐬭𐬌 thri

Digitized by Google

	pers.	sanscr.	zend.
4	چَهار s. چار	चतुर्	𐬗𐬀𐬚𐬭𐬎 tschathru
5	پَنج	पञ्चन्	𐬞𐬀𐬥𐬗𐬀𐬥 pantschan
6	شَش	षष्	𐬑𐬱𐬎𐬎𐬀𐬱 csvas
7	هَفت	सप्तन्	𐬵𐬀𐬞𐬙𐬀𐬥 haptan
8	هَشت	अष्टन्	𐬀𐬱𐬙𐬀𐬥 astan
9	نُه	नवन्	𐬥𐬀𐬎𐬀𐬥 navan
10	دَه	दशन्	𐬛𐬀𐬯𐬀𐬥 das'an

149. Numeri ab **11** usque ad **19** oriuntur coniungendo numero minori cum numero denario دَه, praepositione اَز seu زِ aut interposita, aut plane omissa, ut in num. 14, 17 et 18. Qua in compositione haec praepositio اَز arabicae praepositionis عَن *removendi* vel *separandi* notione est accipienda; ut e. g. دوازده *duodecim* proprie significet *duo a decem separati*, i. e. duo *praeter* seu *ultra* decem. Sunt igitur:

11	یازْدَه s. یانْزَدَه	16	شانْزَدَه
12	دُوَازْدَه	17	هَفْدَه s. هَفتْدَه
13	سِیزْدَه	18	هَشتْدَه s. هَشْدَه s. هَژْدَه
14	چهارْدَه s. چاردَه		s. هجدَه
15	پانْزَدَه	19	نوزْدَه s. نُوَازْدَه

Annot. Formae یازده s. یانزده 11, پانزده 15 et شانزده 16 ortae sunt e یکزده, پنجزده et ششزده elisis euphoniae causa ultimis numeri minoris litt. ك, ج et ش, quae compensantur producta primae syllabae vocali *a* et in formis یانزده et شانزده inserta insuper lit. nasali ن.

150. Numeri denarii cum sanscritis collati sunt

	pers.	sanscr.		pers.	sanscr.
20	بیست	विंशति	70	هَفْتاد	सप्तति
30	سِی	त्रिंशत्	80	هَشْتاد	अशीति
40	چِهَل	चत्वारिंशत्	90	نُوَد	नवति
50	پَنْجاه	पञ्चाशत्	100.	صَد	शत
60	شَست s. شصت	षष्टि			

Annot. Vario igitur modo numeri denarii a simplicibus sunt formati. بیست 20 consentit cum z. vis'aiti s. विंशति (§. 25.); a سه 3 derivata est forma سِی 30, producta vocali *i*; a چهار 4 forma چهل 40, liquidis inter se permutatis et correpta ultima syllaba; a پنج 5 forma پنجاه 50 adiecta terminatione ـاه, quae ex आशत्, posteriori nimirum eiusdem num. sanscriti पञ्चाशत् parte, abiecta lit. त् et sibilo श cum aspiratione s permutato (§. 44. p. 34.), orta esse videtur; a شش 6 forma شست seu شصت 60, addita lit. ت et sibilo ش cum س vel ص permutato; denique هفتاد 70, هشتاد 80 et نود 90 a هفت 7, هشت 8 et نو pro نُه 9, adiecta terminatione ـَاد seu ـَد, quae aeque ac litera ت numeralium

بيست 20 et شست seu شصت 60 respondet sanscritae terminationi ति, quam Boppius una cum termin. शति, शत् et शत recte a दशन् 10, pers. ده (§. 44. p. 34.), ope suff. ति, त् et त derivat, quum hae terminationes sine dubio e दशति, दशत् et दशत sint decurtatae. Vid. Bopp vergl. Gramm. p. 454.

151. Numeri denarii a *viginti* usque ad *nonaginta*, si cum numeris simplicibus copula و coniunguntur, primum semper locum occupant. Dicunt igitur بيست ويك 21, بيست ودو 22, بيست وسه 23 et sic porro.

152. Numero centenario صد numeri simplices دو 2, چهار s. چار 4, شش 6, هفت 7, هشت 8 et نه 9 sine ulla mutatione praeponuntur, ut dicant دوصد 200, چهارصد s. چارصد 400, ششصد 600, هفتصد 700, هشتصد 800 et نهصد 900. Sed pro سهصد et پنجصد dicitur سيصد 300 et پانصد 500 (§. 149 annot.). Denique pro دوصد 200 alia forma دُويست usu est recepta, quae sine dubio e sanscrita forma द्वि, pers. دوی pro دُو 2 et e ست pro صد 100 est composita.

153. Cetera Numeralia sunt هَزار 1000 s. सहस्र; دههزار sive بِيوَر 10,000; صدهزار sive لك s. लक्ष 100,000.

154. Plures numeri ope copulae و ita inter se

coniunguntur, ut maiores minoribus semper praecedant, e. g. سالِ عرب چو ششصد وپنجاه وچار شد *quum esset annus aerae arabicae DCLIV* Coll. or. t. I. p. 212. l. 1. ومدتِ ملكِ اسماعيليّه صد وهفتاد وهفت سال بود *tempus regni Ismaelitici CLXXVII anni erant*, ibid. p. 218. l. 9.

155. Cardinalia numeri et casuum mutationibus non sunt obnoxia; attamen in usu est pluralis هزاران *millia*, e. g. ترا صد هزاران سوارست بيش *tibi centum millia equitum sunt et plus*. Fragm. p. 21. vs 6.

ORDINALIA.

156. Ordinalia formantur ex Cardinalibus adiecta terminatione ـُم sanscr. म in पञ्चम *quintus*, सप्तम *septimus* al., et adiectivorum more cum substantivis coniunguntur (§. 140.). Numerus primus autem, ut in plurimis linguis, ita in persico quoque sermone vocabulo e numero cardinali يك *unus* non derivato exprimi solet, nam pro يَكُم *primus* usitatior est vox نُخُست sive نخستِين cum terminatione adiectiva ـِين, quae aliis quoque Ordinalibus affigitur, ut پنجُمِين *quintus*, ششُمِين *sextus*. Sunt igitur

یَکُم .s نُخُست .s نُخُستِین *primus*	دَهُم *decimus*
دُوُم .s دُویُم *secundus*	یازْدَهُم *undecimus* etc.
سِوُم .s سِیوُم *tertius*	بِیسْتُم *vigesimus*
چهارُم .s چارُم *quartus*	سِیُم .s سِی اُم *trigesimus*
پَنْجُم *quintus*	چِهَلُم *quadragesimus* etc.
شَشُم *sextus*	صَدُم *centesimus*
هَفْتُم *septimus*	دُوِیسْتُم *ducentesimus*
هَشْتُم *octavus*	سِهصَدُم *tricentesimus* etc.
نُهُم *nonus*	هَزارُم *millesimus*
	دُوهَزارُم *bis millesimus* etc.

157. In numeris compositis ultimum tantum numerale terminationem Ordinalium accipit, ut بِیست وَیَکُم *vigesimus primus;* صَد وَدُوُم *centesimus secundus* cet.

NUMERALIA DISTRIBUTIVA.

158. Distributiva exprimuntur 1) Plurali Cardinalium seorsim vel bis posito, ut یکان et یکان یکان *singuli,* چهاران et چهاران چهاران *quaterni;* 2) Singulari Cardinalium repetito, ut یك یك *singuli,* دو دو *bini;* 3) interposita inter Cardinale repetitum lit. ا vel praepositione با, ut یکایك, دو با دو; denique 4) addito Cardinalibus suffixo گان, quod auget repetitionem,

ut يگان pro يككان, دوگان, چهارگان, صدگان signif. i. q. يك يك, دو دو, چهار چهار, صد صد. Vid. Seven Seas t. VII. p. 31. l. 5 sqq.

NUMERALIA MULTIPLICATIVA.

159. Multiplicativa formantur ut in lingua sanscrita apposita Cardinalibus syllaba تا sanscr. धा e. g. يكتا s. एकधा *simplex*, دوتا s. द्विधा *duplex*, سهتا s. त्रिधा *triplex* rel. cf. Lumsden a Gramm. t. II. p. 489.

NUMERALIA PROPORTIONALIA.

160. Proportionalia exprimuntur Cardinalibus cum adverbio چندان *tantum* coniunctis, e. g. دو چندان *duplum*, دو صد چندان *ducentuplo plus* Gulist. p. 173. l. 11.

ADVERBIA NUMERALIA.

161. Adverbia numeralia formantur e Cardinalibus vocabulo بار *vicis* postpositis, e. g. يكبار sive بيكبار *(una vice) semel*, دوبار *bis*, سهبار *ter*, بارها *compluries*. Pro يكبار interdum dicitur يكى cf. Chr. Schahn. p. 4. vs. 46.

DE PRONOMINIBUS.

162. **P**ronomina instar nominum declinantur, genus non distinguitur. Variis autem thematis Singularis et Pluralis pronominum personalium nititur, quae e sanscrito vel zendico sermone sunt derivanda. Praeterea persica lingua ea in re a cognatis linguis discrepat, quod pronominum personalium casus obliquos etiam pronominibus suffixis exprimere potest, quae ex separatis sunt decurtata nec inveniuntur, nisi cum aliis orationis partibus coniuncta.

PRONOMINA PERSONALIA SEPARATA ET SUFFIXA.

		Pron. separata.		Pron. suffixa.	
		Sing.	Plur.	Sing.	Plur.
I.	Nom.	مَنْ	ما	م	مان
	Dat. Acc.	مَرا	مارا		
II.	Nom.	تُو	شُما	ت	تان
	Dat. Acc.	تُرا	شُمارا		
III.	Nom.	اُو, اُوی, وَی	اِیشانْ (اُوشانْ)	ش	شان
	Dat. Acc.	اُورا, وَیرا	اِیشانْرا		

Annot. Formae rariores sunt مایان vel ماها pro ما; شمایان vel شماها vel تایان pro شما et ایشانان vel ایشانها pro ایشان quae tamen in bonis Persarum scriptis vix unquam reperiuntur. Vid. Seven Seas t. VII. p. 34. l. 19.; Lumsden a Gramm. t. II. p. 75 et 76.

PRONOMEN PRIMAE PERSONAE.

163. Primae personae من character est م, quem nudum exhibent cas. obl. مرا et pron. suff. م et consentit cum eiusdem personae sanscrito themate म, a quo casus obliqui Singularis formantur. Pluralis ما ab eodem charactere م originem ducit, addita terminatione pluralis ا pro ان, quam integram praebet suffixum مان.

PRONOMEN SECUNDAE PERSONAE.

164. Secundae personae Sing. تو, quae sanscrito themati तु vel त्व respondet, character est ت, in cas. obl. ترا et in suffixo ت conspicuus, a quo addita terminatione ان formatur Pluralis تان eiusdem pron. suffixi. A themate autem Singularis plane discrepat Pluralis شما pronominis separati, qua tamen in re persica lingua cum sanscrita et zendica optime consentit.

Pluralis شما aut a zend. [illegible] jûschĕm, quod

est sanscr. यूयम् *vos* (§. 33. p. 25. Bopp vergl. Gramm. §. 59.), derivandus est, aut a sanscrita syllaba स्म, quae euphonica ratione mutationi in ष्म est obnoxia et non solum in Plur. pronominum 1 et 2 pers., sed etiam in Sing. pronominum 3 pers. inter thema et casuum terminationes locum obtinet (Bopp vergl. Gramm. §. 166. sqq.). Vocalis *u* literae شُ e sanscr. themate यु 2 pers. Plur. remansisse videtur et syllaba ـَا pronominis شُما est persica terminatio Plur. ـَان decurtata.

PRONOMEN TERTIAE PERSONAE.

165. Variis thematis hoc pronomen efficitur. Singularis pron. separati أو s. أوى s. وَى e zend. pronomine demonstrativo 𐬀𐬬𐬀 ava *hic* ortus esse videtur, quod sanscrita lingua ignorat. (Cf. Burnouf Comm. sur le Yaçna t. I. p. iij sqq. Bopp vergl. Gramm. §. 377 sqq. et 381.). — Pronomen autem suffixum Sing. ش thema habet sanscr. pronomen demonstr. स fem. सा, quod in Nominativo tantum m. et f. Sing. locum thematis त obtinet. Ab eodem themate descendit Plur. شان eiusdem suffixi addita terminatione pluralis ـَان.

Plurali pronominis separati إيشان praefixa est syl-

laba ای, sanscrito pronomini praefixo ए respondens, quocum coniunctum est pron. compositum एतत्, cuius Nom. sing. एष m. एषा f. plane respondet pers. ایش, a quo Plur. ایشان est formatus. Eiusdem pronominis forma minus usitata est اُوشان cum pron. Sing. اُو ut videtur composita. Vid. Seven Seas t. VII. p. 34. l. 19. Lumsden a Gramm. t. II. p. 75 et 76.

166. Lit. ا initialis pronominum 3 pers. est supervacanea ob eamque causam in compositione variis mutationibus obnoxia, quae §§. 78—80 sunt expositae.

167. Declinatio pronominis separati, praecedenti tabula exhibita, cum nominum declinatione consentit, sed ante Dativi et Accus. signum را pronomen 1 pers. Sing. من abiicit literam ن et vocalis ـُو pronominis 2 pers. Sing. تو corripitur, ita ut oriantur formae مَرا et تُرا.

PRONOMINA SUFFIXA.

168. Pronominis separati casibus obliquis exprimendis pronomina quoque suffixa inserviunt, quae cuicunque voci, exceptis particulis از, با, به, بی, در, یا, و et aliis quibusdam vocibus, affigi possunt. Om-

nino hoc valet de pronominibus suffixis Sing. م, ت et ش; suffixa autem Plur. مان, تان et شان rarissime in sermone pedestri, sed apud poetas reperiuntur.

169. In sermone poetico pron. suffixum ش Nominativi quoque pron. separati او locum tenere multis probatur versibus Schahnamianis e. g. FRAGM. p. 22. vs. 12. p. 24. vs. 10. CHREST. SCH. p. 42. vs. 196 al. Idem valet de suffixo Plur. شان, quod pro ایشان positum est in versu poetae Khosru (خسرو) a LUMSDENIO (a Gramm. t. II. p. 74.) allato:

شان در ره وعاشقان بدنبال خونابه زدیدگان گشاده

Eodem modo pronomina suff. 1 quoque et 2 pers. adhiberi posse videntur, quod tamen pro certo non affirmaverim, quum exempla non praesto sint.

170. Pronomina suffixa Sing. م, ت et ش intermedia vocali *a* affiguntur, quae ad praecedentem consonantem vocali destitutam transit e. g. گُلَم *rosa mea*, دیدمَت *vidi te*, گفتَش *ait illi*.

ANNOT. Attamen haec vocalis *a* praesertim in poetico sermone, metro vel rhythmo exigente, etiam abesse potest e. g. گُرْت, تنْش, جانْش FLEISCHER Ali's Sprüche p. 9. l. 15. p. 33. l. 10. — Si autem vocabulum in lit. nasa-

lem م vel ن exit, vocalis coniunctiva *a* ante 1 pers. suffixum م pronuntiationis levandae causa semper retinenda est. Scribendum igitur e. g. چشمَم *oculus meus* et چشمِ مي گونَم *oculus meus vini colorem referens*, non vero چشْم et گونْم.

171. Praecedente a occulto loco ـَم, ـَت et ـَش scribitur اَم, اَت et اَش, quia haec lit. lenior esse videtur, quam ut vocalem sustinere possit (§§. 44. 107, c.); e. g. جامهاَم, جامهاَت, جامهاَش *vestis mea, tua, eius.*

172. Pronomina rel. کِ et چ pro کِه et چِه cum pronomine suff. ope ی euphonici coniunguntur, quod vocalem coniunctivam *a* recipiat, e. g. کِیَم, کِیَت, کِیَش et چِیَم, چِیَت, چِیَش. Attamen ante suff. ش lit. ی euphonica saepius etiam abest e. g. کِش pro کِیَش Chrest. Schah. p. 37. l. 1. آنچِش pro آنچِیَش ibid p. 104. vs. 291.

173. Eodem modo voces, quae in ا vel و quiescentem exeunt, cum pron. suff. connectuntur (§. 103.), e. g. عصايَم, *baculus meus*, گيسويَت *cirrus tuus*, خويَش *indoles eius.*

Interdum post lit. و, in vocali *u*, *o* quiescentem,

pro ی etiam lit. ا euphonica inseritur e. g. تُواَش pro تُويَش Gulist. p. 112. l. 7.

174. In poetico tamen sermone lit. ی euphonica una cum vocali sua *a* ob metri quoque rationem abesse potest, ut سراپاش Chrest. Sch. p. 93. vs. 108. آهْوم ibid. p. 96. vs. 165. گیسُوش ibid. p. 98. vs. 198.

175. Eadem de causa nomina, lit. ی quiescente terminata, intermediam vocalem *a* amittere possunt (§. 170. annot.), e. g. خرسندِيمْ *laetitia mea* pro خرسندِيَمْ.

176. Pronomina suffixa Pluralis مان, تان et شان ut pronomina possessiva aut intermedia vocali *i*, aut sine ullo copulandi signo cum voce praecedenti coniunguntur e. g. رازِ شان et آغازِ شان Secand. nam. p. 5. fin. عمرِ تان Specimen poes. p. 40. l. 9. زمينْ تان et كفنْ تان Fragm. p. 23. vs. 24. زن وكودكانْشان ibid. vs. 27. نيامان Chrest. Sch. p. 29. vs. 36.

Si autem pro casibus obliquis مارا, شمارا et ايشانرا sunt posita, plane ut pronomina separata non coniunguntur e. g. كُنَمْ شان همه سر زگردن جدا Fragm. p. 23. vs. 26. cf. ibid. vs. 27. Chrest. Sch. p. 87. vs. 12.

PRONOMINA POSSESSIVA.

177. Possessivis quum careant Persae, eorum loco pronominibus personalibus semper utuntur, quae substantivis casu Genitivo postponenda sunt. Quae quidem antiquissima dicendi ratio esse videtur, quum non solum in semiticis dialectis sit sola recepta, sed etiam in sanscrita lingua, aeque ac zendica, pro Possessivis, quorum propriae sunt formae, fere semper Genitivi pronominum personalium ponantur. (Lassen instit. ling. prâkr. §. 113.).

178. Pronomina igitur possessiva exprimuntur

a) personalibus separatis casu Genitivo postpositis i. e. cum nomine praecedenti, Genitivi signo notato, coniunctis (§. 123.); e. g. دلِ من *cor meum*, نامهٔ شما *liber vester*, دلهاىِ ما *corda nostra*;

b) personalibus suffixis, quae nomini secundum leges §§. 170—176 praescriptas affiguntur et casu Genitivo sunt accipienda; e. g. دلَش *cor eius*, نامهاَت *liber tuus*, مويَم *crinis meus*, نيامان *avus noster*, گيسويَش seu گيسُوش *cirrus eius;*

c) personalibus separatis cum praecedenti demonstrativo simplici آن, vel cum praepositione از compo-

sito ازان intermedia vocali *i*, Genitivi nota, coniunctis (§. 128.) e. g. آنِ من sive ازانِ من *meus*, آنِ تو s. ازانِ تو *tuus*, آنِ او s. ازانِ او *eius*, آنِ ما s. ازانِ ما *noster*, آنِ شما sive ازانِ شما *vester*, آنِ ایشان sive ازانِ ایشان *eorum*; e. g. فلان جا ازانِ من وکلیله دفینهٔ است *tali loco thesaurus meus et Calilae iacet* Anvari Sooh. fol. 83 r. l. 19. چه ملك بغداذ ازانِ ماست *nam Bagdad in nostra potestate est* Coll. or. t. I. p. 302. l. 10. اگر خواهی وگر نه آنِ مائِی *velis nolis, tu noster est* Anvari Sooh. cf. Jones a Gramm. of the pers. lang. p. 65. ed. Lee an. 1823;

d) denique pronomine reciproco, ut capite sequente (§. 179.) docebitur.

PRONOMEN RECIPROCUM.

179. Pronominis reciproci tres sunt formae synonymae خَود, خِویش et خِویشتَن, quarum tamen prima est usitatior et saepissime reperitur. Referuntur ad omnes utriusque numeri personas, ita ut *meus, tuus, suus, noster, vester, eorum* significare possint et Possessivorum locum obtineant (§. 178, d.). Quare etiam saepe interpretationis causa aut pronominibus separa-

tis postponuntur, ut dicatur من خود *ego ipse*, تو خود *tu ipse*, او خود *ille ipse*, ما خود *nos ipsi*, شما خود *vos ipsi* et ایشان خود *illi ipsi*, aut cum pronominibus suffixis coniunguntur e. g. در خانهٔ خودم, در خانهٔ خودت, در خانهٔ خودش *in mea, tua, ipsius domo.*

180. Casus obliqui ut in nominibus exprimuntur. Pluralis terminatio nonnunquam pronomini reciproco addita invenitur apud posterioris aetatis scriptores in India natos; iure autem illam omittunt scriptores classici, quum pron. reciprocum ad utrumque numerum pertineat.

Annot. Non dubito, quin pronominis recipr. formae خود, خویش et خویشتن ex uno eodemque themate خو sanscr. स्व, zend. kha, vel hva, vel hava (§. 30. cf. Bopp vergl. Grammatik p. 34 et 35.) ortae sint. Pronomen recipr. स्व autem primitus ad analogiam pronominis 1 et 2 pers. per omnes casus flexum fuisse probant Nom. masc. स्वयम् ex स्वे + अम् et Gen. vel Dat. prâkritici pronominis से *sui*, zend. hê et hôi, vel etiam aè (Bopp vergl. Gramm. §§. 55. 341.), quae quidem formae ex illa declinatione solae remanserunt. Eiusdem pron. स्व Ablat. singul. sonare debebat स्वत् e quo स्वदीय *suus* ad analogiam pronn. poss. मदीय *meus* et त्वदीय *tuus* formari potuit. Quum autem Ablativus sing. pron. 1 et 2 ps. in compositis sanscritis saepissime thematis locum obtineat, nostrum خود nihil aliud,

quam Ablat. obsoletus स्वत् esse videtur, dentali media د pro tenui ت posita, ut in پدر *pater*, s. पितृ, مادر *mater* s. मातृ al. (§. 31.); nisi forte illud e pron. poss. obsoleto स्वदीय *suus* abiecto suffixo ईय derivare malueris. — Forma خویش ex eodem themate خو et pronomine 3 pers. ایش, a quo plur. ایشان descendit (§. 165.), est composita, ita ut proprie significet *ille ipse*. Eodem quoque modo dicitur خودش pro خود او vel خود *ille ipse*. — Tertia denique forma خویشتن annexum habet substantivum تن *corpus*, *persona*, quasi diceres *suum ipsius corpus*, *ipsissima persona*, nam voc. تن etiam per se positum, plane ut arab. نفس *anima*, pronominis reciproci locum tenere potest. Cf. Fleischer Ali's Spr. p. 29. l. 19. Inde quoque explicandae sunt dicendi formulae cum تن compositae, ut تن در دادن sive تن دادن بچیزی *corpus dare* rei i. e. *semet tradere* rei, *suscipere* rem Gulist. p. 30. l. 15. p. 171. l. 7. *assentiri*, *concedere* Wilken. hist. Sam. p. 144. l. 17.

PRONOMINA DEMONSTRATIVA.

181. Duo sunt **Demonstrativa**, unum propinqui این *hic*, *haec*, *hoc*, alterum remoti آن *ille*, *illa*, *illud*, quae tamen saepe inter se permutantur. Utraque generis discrimine carent et cum nomine coniuncta neque per casus neque per numeros mutantur, sola autem posita in utroque numero per casus flectuntur. Declinantur igitur hoc modo:

Sing.		Plur.	
Nom.	Dat. et Acc.	Nom.	Dat. et Acc.
این	اینرا	اینها vel اینان	اینهارا vel اینانرا
آن	آنرا	آنها vel آنان	آنهارا vel آنانرا

182. Pronomina demonstr., cum praepositionibus aliisque praefixis composita, primam literam ا saepe amittunt, quae mutationes supra (§§. 78—80.) pluribus verbis sunt expositae.

183. Alia pronominis demonstr. این forma est اِمْ, quae tamen in compositione tantum cum nominibus quibusdam adverbialiter positis adhibetur, ut اِمْروز *hoc die*, اِمْسال *hoc anno*, اِمْشب *hac nocte*.

184. Eadem Demonstrativi forma اِمْ primitiva fuisse videtur, a qua altera این est derivanda, quum optime respondeat sanscrito themati इम, quod casibus quibusdam pronominis dem. इदम् *hic* formandis inservit. Idem thema in zendica lingua est usitatum, quae pro sanscr. अयम्, इयम् et इदम् habet 𐬀𐬉𐬨 aêm, 𐬍𐬨 îm et 𐬌𐬨𐬀𐬙 imat (Bopp vergl. Gramm. §. 368.). Demonstrativum autem آن consentit cum themate sanscrito अन, quod perinde ac thema इम declinando pronomini dem. इदम् inservit.

PRONOMINA RELATIVA ET INTERROGATIVA.

185. Relativo كه *qui, quae* Persae utuntur, quum de personis sermo est, quum autem de rebus Relativo چه *quod*, quae tamen distinctio non semper observatur. — Utrumque neque generis neque numeri patitur mutationem. Casum Relativi plerumque indicat sequens pronomen personale, qua in re Persarum Relativum cum Hebraeorum אשר et Arabum الذى convenit. Saepe etiam Nom. et Accus. solo Relativo exprimuntur et accedente casus obliqui signo را ultima pronominum كه et چه lit. ة abiici solet, ut oriantur formae كرا et چرا (§. 189.).

186. Pro Relativo كه in opere Schahnamiano saepe legitur كجا, quod proprie est adverbium compositum ex adv. interrog. كُ pro كُو s. कु et nomine جا *locus*, proprie significans *quo loco, ubi, quomodo*. Idem Relativi quoque چه locum tenere affirmat lexici Boorh. Qat. auctor s. v. Cf. Chrest. Schahn. p. 218. s. v. كجا.

187. Relativa كه et چه etiam sunt Interrogativa. Sed interrogando peculiariter quoque inservit pronomen كدام *quis, quae, quid? qualis, quale?* si de

Digitized by Google

personis vel rebus sermo est, compositum ex adverbio interrogativo کِ pro کُو s. कु et syllaba دام, quae est sanscr. दम् in pron. dem. इदम् et lat. *dam* in *quidam*.

188. Relativa et Interrogativa که et چه abiecta lit. ه aliis vocibus saepissime praefiguntur, rarius autem in fine affiguntur, qua in compositione etiam vocalem suam *i* abiiciunt e. g. بعد ازانكْ Coll. or. t. I. p. 164. l. 1. آنچْ ibid. p. 80. l. 18. p. 92. l. 2. p. 250. l. 17. p. 266. l. 3. هرچْ Fleischer Ali's Spr. p. 37. l. 21.

189. Pronn. کِ et چِ, vocabulo a consonante incipienti praefixa, vocalem suam *i* semper retinent e. g. کِرا pro کهرا; چِرا pro چهرا; چِگونه pro چه گونه; چِگویم pro چه گویم Secand. nam. p. 44. l. 15.

190. Eadem quoque vocalis pronn. که et چه immutata manet, si vox, quacum componitur, a vocali اِی incipit, litera tamen initiali ا supervacanea una cum vocali sua elisa (§. 80.) e. g. کِین pro که این Chrest. Schahn. p. 9. vs. 111.

191. Si autem a vocali اَ vel آ vel اُ incipit vocabulum, pronn. praefixa کِ et چِ hanc vocalem reci-

Digitized by Google

piunt, litera initiali ا supervacanea, aut abiecta aut cum ی permutata (§§. 80. 84. 93.), lit. ا autem necessaria immutata manente e. g. كز pro كه از Boorh Qat. s. v. Chr. Sch. p. 1. vs. 6.; كان pro كه آن; كيم pro كه ام; كو pro كه او; كاندر pro كه اندر Chrest. Schahn. p. 10. vs. 125.; كاقبال pro كه اقبال Secand. nam. p. 153. l. 5.

192. Inde sequitur, ut pronominis rel. et interrog. كه forma primitiva sit ك (كى), sanscritum thema interrog. कि, litera ه autem sit formativa eaque tantum de causa addita, quia voces persicae in consonantem vel literam quiescentem exire debent (§. 51.). Eodem modo pronomen relat. et interrog. چه explicandum, cuius forma primitiva est چ (چى) †), respondens sanscr. stirpi pronominali चि, quae a कि, litera gutturali cum respondente palatina permutata, derivanda esse videtur (§. 41. cf. Bopp vergl. Gramm. §. 14.) et in sanscrito चित् et zendico [zend] tschis in pronn. [zend] mâtschis et [zend] naêtschis *non aliquis, nullus* est conspicua. Cf. Bopp vergl. Gramm.

---

†) Recte igitur Persarum grammatici pronomina كه et چه primis tantum literis كاف et چيم appellant.

§§. 390. 398., eiusd. Gramm. crit. p. 328. et Krit. Gramm. §. 260 *).

193. Apposito pronomine كه vel چه formantur pronomina relativa **composita**, ut هركه s. هر آنكه s. هر كس كه s. هر آنكس كه s. كسى كه *quicunque, quaecunque;* هر چه s. هر آنچه *quodcunque, quidquid;* هر كدام *qui-, quae-, quodcunque* al.

PRONOMINA INDEFINITA.

194. Pronomina **indefinita** aut sunt adiectiva pronominalia, aut substantiva e. g. هر s. सर्व (§. 44. p. 33 et 34.) *qui-, quae-, quodvis, omnis, e;* هيچ sive ايچ s. هيچكس s. كس s. كسى s. يكى *aliquis, aliqua, aliquid, ullus, a, um* et sequente negatione *nemo, nullus, a, um;* تنى چند *quidam, quaedam* a تن *corpus, persona* al.

DE VERBIS.

195. In verbis persicis imprimis considerandae sunt stirps et forma.

Ratione stirpis verba dividuntur 1) in verba primitiva simplicia vel composita, 2) in derivativa verbalia et 3) in denominativa.

196. Verba primitiva simplicia sunt ipsae radices, quae aut in Imperativo (§§. 212 et 239—251.) nudae apparent, aut in ea forma, quae abiecta Infinitivi terminatione (§. 219.) remanet, e. g. دادن *dare* a rad. دا s. दा; دَوِیدن *currere* a rad. دَوْ s. धाव्; داشْتن *tenere* a rad. دارْ, Imp. huius verbi, s. धृ; تَرسیدن *timere* a rad. تَرْس s. त्रस्.

197. Verba primitiva composita aut cum praefixis sunt coniuncta, aut cum praepositionibus. Hoc autem inter utrumque compositorum genus interest, quod illa non reperiuntur, nisi cum praefixis coniuncta, nec

Digitized by Google

unquam in persica lingua simplex verbi forma est usitata, quum contra praepositiones significationem verbi primitivi simplicis et cum praefixo compositi, quibus praeponuntur, plerumque immutent et praepositio et verbum simplex vel compositum etiam separata legantur.

198. Praefixa quum sanscritae vel zendicae sint originis et cum radice saepius contexta, comparatione tantum cum sanscrita vel zendica lingua instituta bene possunt discerni. Talia sunt e. g.

آ s. आ in آوَردن *ferre, afferre* a radice وَر s. भृ in Imperativo آوَر.

اَفْ s. अभि in اَفْرُوختن *accendere, illuminare* a radice روز s. रुच् in Imperativo اَفْرُوز.

اَنْ s. अनु in اَنْباشتن *implere* a radice بار s. भृ in Imperativo اَنْبار.

اَوْ s. अव in اَوْبـاشـتـن *deglutire* a radice بـار s. भृ in Imperativo اَوْبار, ut proprie significet *deferre.*

پَیْ s. वि in پَیمُودن *metiri* a radice ما s. मा in Imperativo پَیْـمـا.

فَرْ s. प्र in فَرمُودن *iubere* a rad. ما s. मा in Imp. فَرْما.

نِ s. नि in نِهادن *ponere* a rad. ها s. धा cf. نِهاده cum s. निहित (§. 44. p. 34 et 35).

199. **Praepositiones**, quibuscum verba persica saepissime componi solent, sunt:

اَنْدَر sive دَر *in* e. g. cum شُدن *ire*, اندر شدن *intrare*; cum كَشيدن *trahere*, اندر كشيدن *contrahere*; cum آمَدن *venire*, در آمدن *intrare*; cum يافتن *nancisci*, در يافتن *intelligere*

باز *retro*, *rursus* e. g. cum گُفتن *loqui*, باز گفتن *respondere*; cum كَردن *facere*, باز كردن *removere*, *aperire*; cum گَرديدن *se vertere*, باز گرديدن *redire*; cum داشتن *tenere*, باز داشتن *retinere*.

بَر *super*, *supra* e. g. cum شُدن *ire*, بر شدن *ascendere*; cum زَدن *percutere*, 2) *vergere*, بر زدن *efferre*, *extollere*; cum داشتن *tenere*, بر داشتن *efferre*, *auferre*.

بِيرُون *extra*, *foras* e. g. cum كَردن *facere*, بيرون كردن *eiicere*; cum شُدن *ire*, بيرون شدن *exire*.

پِيش *ante*, *coram* e. g. cum خَواندن *legere*, *convocare*, پيش خواندن *advocare*; cum آوَردن *ferre*, پيش آوردن *afferre*, *adducere*; cum آمَدن *venire*, پيش آمدن *occurrere*, *accedere*.

فِرُو ante conson. et فِرُود ante vocalem *infra, sub* e. g. cum آمَدن *venire*, vel رَفتن *ire*, فرود آمدن vel فرو رفتن *descendere;* cum آوَردن *ferre,* فرود آوردن *deferre, devincere;* cum گُذاشتن *transire, missum facere,* فرو گذاشتن *omittere (unterlassen).*

فَراز (परान्च्) *ex adverso, obviam, retro* e. g. cum آمَدن *venire,* فراز آمدن *obviam venire;* cum كَردن *facere,* فراز كردن *claudere* portam. Gulist. p. 29. l. 11.

فَرا (s. परा) vel وا *retro* e. g. cum زَدن, quod in gen. *agitationem* quandam et *motum* indicat, فرا زدن *(zurückschlagen) retegere;* cum آمَدن *venire,* وا آمدن *redire.*

Attamen verbi significatio primitiva accedente praepositione non semper immutatur. Maxime hoc valet de praepositione بَر, quacum verba saepissime componuntur, et de praepositionibus فَرا et وا.

200. Derivativum verbale unum tantum habent Persae, quod dicunt Causativum, quum verba intransitiva faciat transitiva, ipsis transitivis autem sig-

nificationem dupliciter transitivam tribuat. Distinguitur ab aliis verbis Infinitivi terminatione ـَانيدن seu ـَانْدن, quae aut Imperativo additur, ut ميرانيدن seu ميراندن *occidere* ab Imp. مِيرْ verbi مُردن *mori;* گُذرانيدن sive گُذراندن *transire facere* ab Imp. گُذر verbi گُذشتن *transire;* خَورانيدن sive خَوراندن *edere facere* ab Imp. خَور verbi خَوردن *edere;* رَسانيدن seu رَساندن *pervenire facere* ab Imp. رَس verbi رَسيدن *pervenire.* Alia Causativa infra (§. 241 sqq.) in indice verborum anomalorum afferentur.

201. Denominativa non solum ex persicis sed etiam ex arabicis nominibus adiecta Infinitivi terminatione formantur, e. g. فَراموشيدن *oblivisci* a فَراموش *oblivio;* پائيدن *firmo pede consistere* a پا s. پای *pes;* طَلبيدن *quaerere* ab arab. nom. طَلب *perquisitio;* فَهميدن *intelligere* ab arab nom. فَهم *intellectus* al.

202. Verbi formae duae sunt, Activum et Passivum.

Activam formam habent verba transitiva seu activa, quae proprie dicuntur, verba intransitiva seu neutra et verba causativa ut کَردن *facere,* گُفتن *loqui,*

آمَدن *venire*, رَسانیدن seu رَساندن *pervenire facere, adducere.* In nonnullis verbis passiva quoque significatio activa forma exprimitur e. g. گشادن *aperire* et *apertum esse*, خستن *vulnerare* et *vulnerari*, آمُوختن *docere* et *discere* al.

Passivum exprimitur Participio praeteriti cum verbo auxiliari شدن *fieri* coniuncto e. g. کشتن *interficere* Pass. کشته شدن *interfici.* Interdum synonyma quoque verbi شدن Passivo formando inserviunt, ut آمدن, گشتن, گردیدن (§. 229.).

NUMERI ET PERSONAE.

203. Numeri ut in nominibus duo sunt, Singularis et Pluralis, qui utrique numeri tres habent personas. Genus in verbis non distinguitur.

MODI.

204. Tres sunt modi: Indicativus, Imperativus et Conditionalis, qui simul est Optativus. — Infinitivus et Participia proprie quidem ad nomina referenda sunt, sed quum temporibus quibusdam formandis inserviant, eorum formatio in coniugatione exponetur.

TEMPORA.

205. Tria omnino sunt Tempora, in quae actionem cadere necesse est, Praesens, Perfectum et Futurum. Quum autem actio aut imperfecta aut perfecta esse possit, e mutua actionis cum temporibus relatione sex oriuntur Tempora, quorum tria Praesens, Imperfectum et Futurum simplex ad actionem imperfectam et tria reliqua Perfectum, Plusquamperfectum et Futurum exactum ad actionem perfectam pertinent. Hisce sex verbi persici Temporibus accedit Aoristus, qui modo praesentis modo futuri temporis significationem obtinet. Haec septem Tempora ad modum Indicativum pertinent. Conditionalis vel Optativus unius tantum est temporis.

DE PARTICULARUM IN TEMPORIBUS ET MODIS USU ET SIGNIFICATIONE.

I. DE PARTICULA بِي SEP. SIVE بِ INSEP.

206. Particula بِي sep. sive بِ insep., quae proprie ad Aoristum est referenda eique Futuri notionem impertiri videtur, plurimis quoque verbi persici temporibus et modis euphonica ratione, aut metri, aut

Digitized by Google

pleonasmi causa praeponi potest. Vocali tantum haec particula, verbo semper praeposita, a praepositione بِه sep. sive بَ insep. differt, quum praepositio semper vocali *a* efferatur, illa autem semper vocali *i* sit insignita, aut, ut alii Persarum Grammatici docent, ante vocales *a* et *i* vocali *i* pronuntietur, sequente autem vocali *u* vel litt. ب, ف, و et م vocalem *u* accipiat; vid. SEVEN SEAS t. VII. p. 12. l. 17 sqq. Nos LUMSDENIUM secuti sumus, qui, priorem pronuntiandi rationem praeferens, semper بِه seu بِ legit; vid. LUMSDEN a Gramm. t. II. p. 396.

207. In verbis compositis particula بِه sive بِ inter verbum et vocem, quacum compositum est, semper locum obtinet (§. 257.). Vid. infra §. 235.

De modo particulam praefixam بِ cum verbo, quod a lit. ا supervacanea incipit, coniungendi vid. supra §. 83.

ANNOT. Quum Persae in scribenda hac particula forma separabili بِه et inseparabili بِ ut lubet utantur, brevitatis studio in exemplis sequentibus separabilem tantum formam بِه scribere placuit, pro qua alteram inseparabilem بِ semper substituere licet.

Digitized by Google

II. DE PARTICULA هَمِی SEU مِی.

208. Particula هَمِی s. مِی in scribendo aut cum verbo coniungi, aut ab illo separari potest. Eo tantum forma همی ab altera می differt, quod می verbo semper praeponitur, همی autem verbo ut lubet praeponi vel postponi potest. Utrique particulae Praesentis notio propria est ob eamque causam praeter hoc tempus, alia quoque tempora, quae e Praesente pendent, hanc particulam adiunctam habent.

209. Saepe etiam eiusdem particulae همی s. می locum tenet terminatio یـ *é*, 1 pers. sing. et 3 pers. sing. et plur. affixa, quae haud dubie ex می reiecta lit. م est derivanda. Unde sequi videtur, ut vocalis quoque یـ particulae می sive همی sit diphthongus *é* et pronuntiandum *mé* et *hamé*, quod tamen pro certo non affirmaverim, quum exemplis probare non possim. Vid. Seven Seas t. VII. p. 33. l. 1. cll. l. 9—16.

210. In verbis compositis particula همی sive می plane ut part. بِه sive بِ inter verbum et vocem, quacum est compositum, collocari solet (§. 257.). Vid. §. 234.

TEMPORUM ET MODORUM FORMATIO.

211. Quum verbi persici tempora aut ab Imperativo, aut ab Infinitivo formentur, in disponendis temporibus et modis, derivationis maxime ratione habita, tempora modo suo, a quo ducuntur, semper subiuncta sunt, quo facilior totius verbi persici formationis conspectus exhibeatur.

Primum igitur locum occupat Imperativus, a quo tanquam a verbi radice formantur Imperativi forma optativa, Praesens, Aoristus et Participium praesentis; deinde sequitur Infinitivus, a quo, praeter Participium praeteriti, originem trahunt Praeteritum absolutum, Praeteritum continuum sive Imperfectum, Praeteritum conditionale et optativum, Perfectum, Plusquamperfectum, Futurum simplex et Futurum exactum. Hic est igitur ordo, quo tempora et modi disponuntur: 1) Imperativus et Imperativi forma optativa, 2) Praesens, 3) Aoristus, 4) Participium praes., 5) Infinitivus, 6) Participium praet., 7) Praeteritum absolutum, 8) Praeteritum continuum sive Imperfectum, 9) Praeteritum conditionale et optativum, 10) Perfectum, 11) Plusquamperfectum, 12) Futurum simplex, 13) Futurum exactum.

Digitized by Google

ACTIVUM.

I. Imperativus.

212. **Imperativus** est ipsa verbi radix, quae in verbo regulari abiecta Infinitivi terminatione apparet e. g.:

پوش s. भूष् ab Infinitivo پوشیدن *tegere.*

کن s. खन् ab Infinitivo کندن *fodere.*

کش s. कष् sive खष् ab Infinitivo کشتن *interficere.*

213. Plerumque Imperativo pro augmento praeponitur particula به e. g. به پوش et nonnunquam particula همی s. می ut همی پوش s. می پوش.

214. Imperativi 1 et 3 personae sing. et plur. saepe etiam Imperativus گو *dic* verbi گفتن praeponitur, ut eae ab iisdem Aoristi personis distinguantur e. g. گو کشم *dic interficiam* i. e. interficiam, گو کشند *dic interficiant* i. e. interficiant.

215. Interdum secundae quoque personae Sing. et Plur. idem vocabulum گو *dic* praeponitur, ut tertia persona oriatur e. g. گو کش *dic* (illi) *interfice* i. e. interficiat. Sic in versu a lexici Seven Seas auctore (tom. VII. p. 48. l. 9 sqq.) allato:

هر که خواهد گو بیاید   هر که خواهد گو برو

„Quicunque vult (venire), *dic veniat; quicunque vult abire, dic abi* i. e. abeat"; cf. Gulist. p. 74. l. ult. p. 75. l. 2. p. 100. l. 5.

216. Imperativi forma optativa unius tantum est personae, tertiae nimirum Singularis, quae litera ا, ante 3 pers. Sing. Imperativi characterem د inserenda, formatur e. g.:

پُوشاد *tegat* کَناد *fodat* کُشاد *interficiat*

217. Carent autem hoc Modo omnia verba, quae in ـَادن exeunt, ne ille cum tertia persona Singularis Praeteriti absoluti permutari possit, quae cum Imperativi forma optativa plane congruit. Sic e. g. فتاد est 3 pers. Sing. Praeteriti absoluti a verbo فتادن, non vero Imperativi forma optat. et significat *cecidit;* vid. Seven Seas t. VII. p. 6. l. 8 sqq.

218. Ab Imperativo adiectis personarum terminationibus deducuntur:

1) Praesens, cui praeponitur particula همی s. می

پُوشَم کَنَم کُشَم	همی	sive	پُوشَم کَنَم کُشَم	می

2) **Aoristus**, praeposita pro augmento particula بِه, quae tamen haud raro omittitur e. g.

بِه كُشَم   بِه كَنَم   بِه پُوشَم et

كُشَم   كَنَم   پُوشَم

Interdum particula همى Aoristo quoque adiecta reperitur e. g. بنالَد همى *modulate queritur* (luscinia) بخَنْدَد همى *subridet* Jones poes. asiat. comm. p. 141. fin. et 142.

3) **Participium praes.**, triplici quidem ratione formatum, addito nimirum Imperativo suffixo ـَنْدَه, vel ـَان, vel ـَا e. g.

كُشَنْدَه   كَنَنْدَه   پُوشَنْدَه

كُشَان   كَنَان   پُوشَان

كُشَا   كَنَا   پُوشَا

Annot. 1. Suffixum ـَنده idem est atque sanscr. अत्, in cas. fort. अन्त्, quod Participio praes. Parasmaipadi formando inservit et suff. ـَان, e quo aliud suff. ـَا decurtatum, eiusdem originis esse videtur, nisi illud cum s. आन, quo formatur Part. praes. Atm., conferre malueris.

Annot. 2. Quidam Persarum grammatici suffixum نده ope vocalis *i* cum Imperativo coniungendum esse pronuntiant, falso, ut videtur, si respicis modo comparatam formam primitivam अत् vel अन्त् quae a vocali *a* incipit. Idem

probatur rhythmo finali, quum Part. praes. in ـَندہ saepe cum vocabulo بَنْدَہ similem versus exitum efficiat e. g. Chrest. Sch. p. 28. et 29. vs. 31. 32. p. 86. vs. 257. et 258. cf. Lumsden s Gramm. t. I. p. 416. et 417. not. Seven Seas t. VII. p. 48. l. 21. et 22.

II. Infinitivus.

219. Infinitivus verbi regularis formatur addito suffixo تَنْ vel دَنْ, quod sanscritae quoque Infinitivi terminationi तुम् respondet. Usu tamen Infinitivi terminationis formae تن et دن inter se differunt, quum Imperativi, qui in consonantem vocali destitutam, praeter ر et ن, exeunt, تن assumant, altera autem forma دن aut Imperativo, consonantibus liquidis ر et ن terminato, adiiciatur, aut vocali brevi vel longa semper interposita cum Imperativo coniungatur, e. g. پُوشِیدن *tegere*, کَنْدن *fodere*, کُشْتن *interficere*. Cf. آمَدن *venire*, گُشادن *aperire*, شُدن pro شُودن *fieri*, بُرْدن *ferre* al.; vid. Bopp vergl. Gramm. p. 87. Eodem modo Participii praet. terminationes تَہ et دَہ sunt distinguendae.

220. Ab Infinitivo formantur:

1) Participium praet., Infinitivi terminatione

تن vel دن cum suffixo تَه vel دَه permutata (§. 219.), quod congruit cum sanscrito eiusdem participii suffixo त e. g.

کُشْتَه   کَنْدَه   پُوشِیدَه

Participio praet. etiam part. بِه praefixa legitur ut Chrest. Sch. p. 57. vs. 396. p. 85. vs. 236. Interdum ultima huius Participii lit. ه una cum vocali *a* praecedenti abiicitur, ita ut e. g. pro زاده *genitus*, دیده *visus*, آلوده *inquinatus*, آمده *qui venit* dicatur زَاد, دِید, آلُود et آمَد, quae tamen participii forma apocopata in compositione tantum reperitur.

2) **Praeteritum absolutum**, abiecta Infinitivi terminationis ultima litera ن et praeposito vel omisso augmento بِه e. g.

کُشْتَم et   کَنْدَم   پُوشِیدَم

به کُشتم   به کندم   به پوشیدم

3) **Praeteritum continuum** sive **Imperfectum**, abiecta Infinitivi terminationis lit. ن et addita omnibus personis Sing. et Plur. particula همی s. می, cuius loco primae quoque pers. Sing. et tertiae pers. Sing. et Plur. diphthongus ـَی affigi potest, e. g.

			1 Sing.	3 Sing.	3 Plur.
پُوشِیدَم	همی		پوشیدَمِی	پوشیدِی	پوشیدَندِی
کَنْدَم	s.	et	کندَمِی	کندِی	کندَندِی
کُشْتَم	می		کُشتَمِی	کُشتِی	کُشتَندِی

Eidem tempori etiam augmentum بِه praefigi licet, ut بِدانستمی Gulist. p. 141. l. 20. همی بِستدند Chrest. Schahn. p. 22. vs. 284.

4) **Praeteritum conditionale et optativum** eodem modo ut proxime praecedens Praet. continuum sive Imperfectum.

5) **Perfectum**, Participio praet. cum verbo substantivo ام coniuncto, ut

کُشْتَه اَم　　کَنْدَه اَم　　پُوشِیدَه اَم

Perfecto etiam particula بِه praefigitur, e. g. بِیافریده اند Fragm. p. 1. l. ult.

6) **Plusquamperfectum**, Participio praet. cum praeterito absoluto verbi auxiliaris بُودن *coniuncto*, ut

کُشْتَه بُودَم　　کَنْدَه بُودَم　　پُوشِیدَه بُودَم

7) **Futurum simplex**, abiecta ultima Infinitivi lit. ن, eaque forma apocopata, pro qua tamen interdum plena quoque Infinitivi forma scripta legitur, Aoristo verbi خَواستن *velle* postposita, e. g.

خَواهَم		پُوشِيدْ (پُوشِيدَن)
sive		كَنْدْ (كَنْدَن)
بِه خَواهَم		كُشتْ (كُشْتَن)

8) Futurum exactum, Participio praet. cum Aoristo verbi auxiliaris بودن *esse* coniuncto, e. g. كُشْتَه باشَم كَنْدَه باشَم پُوشِيدَه باشَم

PASSIVUM.

221. Passivum circumscribendo formatur, Participio nimirum praeteriti Activi omnibus temporibus et modis verbi auxiliaris شُدن *fieri* praeposito (§. 202.).

DE VERBIS AUXILIARIBUS.

222. Quum igitur totum Passivum coniugatione verbi auxiliaris شُدن *fieri* nitatur et plurima Activi tempora ope verbi auxiliaris بـودن *esse* formentur, priusquam ad ipsam verbi regularis coniugationem accedamus, primum de verbis auxiliaribus dicendum est.

CONIUGATIO VERBI SUBSTANTIVI.

Sing.	Plur.
اَم *sum*	اِيم *sumus*
اِى *es*	اِيد *estis*
اَستْ *est*	اَند *sunt.*

223. Praecedenti verbi substantivi flexione omnium Temporum et Modorum verbi persici coniugatio nititur, quum personarum terminationes semper eaedem sint, tam in verbis regularibus, quam irregularibus. Sunt enim omnes verbi substantivi personae, praeter 3 pers. Sing., ipsae personarum terminationes, quae Temporibus et Modis, abiecta prima lit. ا supervacanea, in fine affiguntur.

224. Sola 3 pers. Sing. verbi persici in Imperativo et quae ab illo ducuntur temporibus characterem د assumit, in ceteris autem temporibus, quae ab Infinitivo formantur, plane non exprimitur, ea quidem, ut videtur, de causa, quia ipsa Infinitivi forma apocopata iam lit. د vel ت terminatur.

225. Personarum terminationes adhibitis iisdem verbi substantivi vocalibus cum verbi persici Temporibus et Modis coniunguntur, ut schema sit:

Sing.			Plur.		
1. ـَم	2. ـِى	3. ـَد	1. ـِيم	2. ـِيد	3. ـَند

226. Verbum substantivum aliis quoque vocabulis affigi, supra (§§. 85—93.) pluribus verbis iam expositum est. Cum pronn. pers. hunc in modum coniungitur:

Digitized by Google

مَنَم *ego sum*	مائِيم *nos sumus*
تُوئِي *tu es*	شُمائِيد *vos estis*
اُوست s. وَيست *ille est*	اِيشانَند *illi sunt.*

227. Synonymum verbi substantivi ام est هَسْتَم, quod Praeteriti quidem habet formam, sed Praesentis significationem et sic flectitur:

هَستَند هَستِيد هَستِيم هَستْ هَستِي هَستَم

Praeteriti conditionalis sane forma et significatione legitur in versu e Bostâno S'adii a Lumsdenio (a Gramm. t. I. p. 90.) allato:

چو حاتم که گر نيستی فرّ وی
نبردی کسی در جهان نام طی

„Hâtemi instar, cuius gloria si non existeret, nullus in mundo Taji nomen ferret."

228. Differt autem هستم a verbo subst. ام et usu et significatione, quum proprie habeat notionem *existere* et seorsim usurpari possit, nec, ut verbum subst. ام, semper aut cum nomine aut cum Participio coniunctum sit. Interdum tamen هستم etiam *esse* significat et verbi auxiliaris ام locum obtinet, ut شنيدستی (contract. ex شنيده هستی) pro شنيده ای *audivisti* Gulist. p. 95. l. 4. Vid. infra §. 230. annot. 3.

ANNOT. Non dubito, quin verb. هستن e sanscr. radice अस् *esse, existere* addita Infin. terminatione تن ortum sit et pro اَستن s. अस्तुम् positum, lit. s ut in vocabulo اِيچ pro هِيچ cum ا permutata (§. 69. 1, c.). Haec quoque litera s verbi هستن in compositione plane ut lit. ا aut abiicitur aut cum lit. ی permutatur, e. g. شنيدستى contractum ex شنيدَه هَستى *audivisti* et نِيستم pro نَهَستم *non sum* ad analogiam 3 pers. verbi neg. نِيست. Vid. infra §. 230. annot. 3. et §. 238.

PARADIGMA VERBI بودن *ESSE.*

Imperativus [1]).

Sing.	Plur.	
بُوَم s. باشَم	بُويم s. باشِيم	cum vel sine به et مى s. همى et praeposito vel omisso گو.
بُو s. باش	بُويد s. باشِيد	
بُوَد s. باشَد	بُوَند s. باشَند	

Imperativi forma optativa [2]).

باد sive بادا.

Praesens.

باشَم s. بُوَم	همى s. مى	باشِيم s. بُويم	همى s. مى
باشِى s. بُوِى		باشِيد s. بُويد	
باشَد s. بُوَد		باشَند s. بُوَند	

Aoristus.

بُوَم s. باشَم etc. ut Praesens, cum vel sine part. به.

Participium praes.

باشا et باشَنْدَه vel بُوَنْدَه

Infinitivus [3]).

بُدَن s. بُودَن

Participium praet.

بُودَه

Praeteritum absolutum.

بُودَم	بُودِيم	cum vel sine part. به
بُودِى	بُودِيد	
بُود	بُودَند	

Praeteritum contin. s. Imperfectum.

بُودَم	همى s. مى	بُودَمِى s.	بُودِيم	همى s. مى
بُودِى			بُودِيد	
بُود		بُودِى s.	بُودَند	بُودَندِى s.

Praeteritum condit. et optativum.

Ut proxime praecedens Praet. cont. s. Imperf.

Perfectum.

بُودَه أم	اِيم	بُودَه
بُودَه [4]) s. بُودَه اِى	اِيد	
بُودَه اَست	اَند	

Plusquamperfectum.

بُودِیم بُودِید بُودَند	بُودَه	بُودَم بُودِی بُود	بُودَه

Futurum simplex.

cum vel sine بہ	خَواهِیم خَواهِید خَواهَند	بُود vel بُودَن	cum vel sine بہ	خَواهَم خَواهِی خَواهَد	بُود vel بُودَن

Futurum exactum.

باشِیم باشِید باشَند	بُودَه	باشَم باشِی باشَد	بُودَه

Annot. I. Imperativus بـاش ab alia verbi بـودن forma باشيدن minime deducendus est, quum ea in persica lingua re vera non exstet. Equidem non dubito, quin Imperativi et Aoristi formae بـاش et بـاشم sanscritae sint originis et e Futuro भविष्यामि sanscritae rad. भू *esse* decurtatae. Recte igitur dicit lexici Seven Seas (t. VII. p. 47. l. 22. et 23.) auctor: ومصدر بـاشد بنظر نيامده وبعضى برانند كه باشد مضارع بودن است از يـك مصـدر دو مضـارع بحصـول انجـاميد Imp. بـاش alius Imperativi formae بُـو locum obtinet,

Digitized by Google

quam vix unquam usurpatam invenies, quum contra Aoristus بُوَم, ab Imp. بُو formatus, saepissime in veterum imprimis Persarum libris legatur. Vid. LUMSDEN a Gramm. t. I. p. 58.

ANNOT. 2. Imperativi forma optativa باد e primitiva بُوَاد contracta est, pro quo etiam بُوَا, abiecta ultima lit. د, dici posse affirmant lexx. FERHENG. et BOORH. QAT. auctores. — In forma بادا lit. ا per licentiam poeticam est affixa, quod in 3 quoque pers. Sing. Praet. absol. et in 2 et 3 pers. Sing. Aoristi fieri infra (p. 132.) docebitur.

ANNOT. 3. Primam verbi بودن vocalem *ū* in poetico, ut videtur, sermone metro exigente etiam corripere licet, quum saepius legatur بُد pro بود, بُدندی pro بودندی, بُدن pro بودن al. Vid. CHREST. SCH. p. 48. vs. 263. p. 73. vs. 35. FRAGM. p. 18. vs. 9. et 23.

ANNOT. 4. De forma بودهٔ vid. supra §. 108.

PARADIGMA VERBI شُدن *FIERI.*

Imperativus [1]).

شَوَم	شَوِیم	cum vel sine بہ et می s. همی et praeposito vel omisso گو
شو	شَوِید	
شَوَد	شَوَند	

Imperativi forma optativa.

شَوَاد

Praesens.

شُوَم شُوِی شُوَد	می s. همی	شُوِیم شُوِید شُوَند	می s. همی

Aoristus.

شُوَم etc. ut Praesens, cum vel sine part. بِه.

Participium praes.

شُوَنْدَه et شُوَا.

Infinitivus.

شُدَن.

Participium praet.

شُدَه

Praeteritum absolutum.

شُدَم شُدِی شُد	شُدِیم شُدِید شُدَند	cum vel sine part. بِه

Praet. cont. s. Imperfectum.

شُدَم شُدِی شُد	همی s. می شُدَمِی s. شُدِی s.	شُدِیم شُدِید شُدَند	همی s. می غُدَنْدِی s.

Praet. cond. et optativum.

Ut proxime praecedens Praet. cont. s. Imperf.

Perfectum.

شُدَه اَم	شُدَه { اِيم
شُدَه اى s. شُدَۀ 2)	اِيد
شُدَه اَست	اَند }

Plusquamperfectum.

شُدَه بُودَم etc.

Futurum simplex.

شُد	خَواهَم	cum vel sine به	شُد	خَواهِيم	cum vel sine به
vel	خَواهِى		vel	خَواهِيد	
شُدَن	خَواهَد		شُدَن	خَواهَند	

Futurum exactum.

شُدَه باشَم etc.

Annot. 1. Ex Imperativo شُو et formis, quae ab illo ducuntur, apparet, primitivam huius verbi formam esse شُودَن, e qua شُدَن correpta vocali *ū* ortum est. Conf. Inf. सोतुम् verbi सु vel सू.

Annot. 2. De 2 pers. Perf. forma شدۀ vid. supra §. 108.

229. Inter Synonyma verbi auxiliaris شدن verbum آمَدَن saepe illius locum occupat (§. 202. p. 108.)

Digitized by Google

e. g. نهاده آمد pro نهاده شد Fleischer Ali's Spr. p. 63. l. 14.

PARADIGMATA VERBORUM REGULARIUM.

230. Praemissa verborum auxiliarium بودن *esse* et شدن *fieri* coniugatione sequuntur Paradigmata Activi et Passivi verborum regularium پُوشِيدن *tegere*, كَنْدن *fodere* et كُشْتن *interficere*, quae ob varias Infinitivi terminationes coniuncta exhibentur.

I. پُوشِيدَن	II. كَنْدَن	III. كُشْتَن
tegere	*fodere*	*interficere*

ACTIVUM.

Imperativus.

پُوشَم	كَنَم	كُشَم	cum vel sine به et می s. همی et praeposito vel omisso گو.
پُوش	كَن	كُش	
پُوشَد	كَنَد	كُشَد	
پُوشِيم	كَنِيم	كُشِيم	
پُوشِيد	كَنِيد	كُشِيد	
پُوشَند	كَنَند	كُشَند	

Imperativi forma optativa.

پُوشَاد	كَنَاد	كُشَاد

Praesens.

پُوشَم	کَنَم	کُشَم	می s. همی
پُوشِی	کَنِی	کُشِی	
پُوشَد	کَنَد	کُشَد	
پُوشِیم	کَنِیم	کُشِیم	
پُوشِید	کَنِید	کُشِید	
پُوشَند	کَنَند	کُشَند	

Aoristus [1]).

پُوشَم	کَنَم	کُشَم	cum vel
etc.	etc.	etc.	sine بِه.

Participium praesentis.

پُوشَنْدَه	کَنَنْدَه	کُشَنْدَه
پُوشَان	کَنَان	کُشَان
پُوشَا	کَنَا	کُشَا

Infinitivus.

پُوشِیدَن	کَنْدَن	کُشْتَن

Participium praeteriti.

پُوشِیدَه	کَنْدَه	کُشْتَه

Digitized by Google

Praeteritum absolutum [2]).

کُشْتَم	کَنْدَم	پُوشِیدَم	cum vel sine بـ.
کُشتِی	کَندِی	پُوشِیدِی	
کُشتْ	کَندْ	پُوشِید	
کُشتِیم	کَندِیم	پُوشِیدِیم	
کُشتِید	کَندِید	پُوشِیدِید	
کُشتَند	کَندَند	پُوشِیدَند	

Praeteritum continuum seu Imperfectum.

می s. همی کُشْتَم	می s. همی کَنْدَم	می s. همی پُوشِیدَم
s. کُشْتَمِی	s. کَنْدَمِی	s. پُوشِیدَمِی
می s. همی کُشتِی	می s. همی کَندِی	می s. همی پُوشِیدِی
می s. همی کُشتْ	می s. همی کَندْ	می s. همی پُوشِید
s. کُشتِی	s. کَندِی	s. پُوشِیدِی
می s. همی کُشتِیم	می s. همی کَندِیم	می s. همی پُوشِیدِیم
می s. همی کُشتِید	می s. همی کَندِید	می s. همی پُوشِیدِید
می s. همی کُشتَند	می s. همی کَندَند	می s. همی پُوشِیدَند
s. کُشتَندِی	s. کَندَندِی	s. پُوشِیدَندِی

Praeteritum cond. vel optativum.

Ut proxime praecedens Praet. cont. s. Imperfectum.

Digitized by Google

Perfectum [3]).

Sing.

پُوشِیدَه اَم	کَنْدَه اَم	کُشْتَه اَم
پُوشِیدَه اِی	کَنْدَه اِی	کُشْتَه اِی
s. پُوشِیدَهٔ [4])	s. کَنْدَهٔ [4])	s. کُشْتَهٔ [4])
پُوشِیدَه اَست	کَنْدَه اَست	کُشْتَه اَست

Plur.

پُوشِیدَه اِیم	کَنْدَه اِیم	کُشْتَه اِیم
پُوشِیدَه اِید	کَنْدَه اِید	کُشْتَه اِید
پُوشِیدَه اَند	کَنْدَه اَند	کُشْتَه اَند

Plusquamperfectum.

کُشْتَه vel کَنْدَه vel پُوشِیدَه { بُودَم / بُودِی / بُود / بُودِیم / بُودِید / بُودَند

Futurum simplex.

Sing.

(cum vel sine بِه) { خَواهَم / خَواهِی / خَواهَد } کُشْت vel کَنْد vel پُوشِید
et
کُشْتَن vel کَنْدَن vel پُوشِیدَن

Digitized by Google

Plur.

كُشتْ vel كَندْ vel پُوشِيد | خَواهِيم, خَواهِيد, خَواهَند | cum vel sine بە
et
كُشْتَن vel كَنْدَن vel پُوشِيدَن

Futurum exactum.

باشَم
باشِي
باشَد
باشِيم
باشِيد
باشَند
} كُشْتَە vel كَنْدَە vel پُوشِيدَە

Annot. 1. Secundae pers. Sing. Aoristi per licentiam poeticam interdum literam ا affigi hoc versu probatur in Grammatica lexico Seven Seas (t. VII. p. 10. l. 2.) adiuncta:

گوهر خنجر چو شد لعل بخون گوییا
لعب هوا بر شراب گوهر آذر شکست

Idem de 3 pers. Sing. Aoristi valere alio versu a Lumsdenio (a Gramm. t. II. p. 389.) allato docetur:

دو روز ودو شب روی نه نمایدا

Annot. 2. Tertiae personae Sing. Praeteriti absoluti verbi گُفتن *dicere* per licentiam poeticam saepe lit. ا affigitur, rarius tamen in oratione pedestri, ut dicatur گفتا pro گفت vid. Gulist. p. 4. l. 16. et Semelet ad

h. l. — Idem in aliis quoque verbis fieri exemplis افتادا et دادا in Grammatica lexico Seven Shas adiuncta (t. VII. p. 9. init.) probatur. Cf. Lumsden a Gramm. t. II. p. 389.

Annot. 3. Interdum Persae pro verbo subst. ام synonymo هَستَم utuntur (§. 228. annot.), quod cum praecedente participio, abiectis utriusque verbi litt. ه, quae concurrunt, in unam vocem contrahitur, ut dicatur e. g. pro شَنیدَه ام etc., Perfecto verbi شنیدن *audire*:

شَنیدَستَم	شَنیدَستِی	شَنیدَست
شَنیدَستِیم	شَنیدَستِید	شَنیدَستَند

Annot. 4. De hac 2 pers. Sing. Perfecti forma vid. §. 108.

PASSIVUM.

231. Praemissa integra verbi auxiliaris شدن coniugatione (p. 125—127.), quae Passivo formando inservit, Passivi temporum primam tantum Singularis personam sequenti tabula exhibere placuit.

Imperativus.

کُشتَه شُوَم vel کَندَه شُوَم vel پُوشِیدَه شُوَم

Imperativi forma optativa.

کُشتَه شُوَاد vel کَندَه شُوَاد vel پُوشِیدَه شُوَاد

Digitized by Google

Praesens.

کُشْتَه vel کَنْدَه vel پُوشِیدَه } همی شُوَم sive می شُوَم

Aoristus.

کُشْتَه vel کَنْدَه vel پُوشِیدَه } شُوَم sive بِه شُوَم

Participium praesentis.

کُشْتَه vel کَنْدَه vel پُوشِیدَه } شُوَنْدَه sive شُوَا

Infinitivus.

کُشْتَه شُدَن vel کَنْدَه شُدَن vel پُوشِیدَه شُدَن

Participium praeteriti.

کُشْتَه شُدَه vel کَنْدَه شُدَه vel پُوشِیدَه شُدَه

Praeteritum absolutum.

کُشْتَه vel کَنْدَه vel پُوشِیدَه } شُدَم sive بِه شُدَم

Praeteritum cont. s. Imperfectum.

کُشْتَه vel کَنْدَه vel پُوشِیدَه } همی شُدَم sive می شُدَم sive شُدَمِی

Digitized by Google

Praeteritum condit. et optativum.

Ut proxime praecedens Praet. cont. s. Imperfectum.

Perfectum.

پُوشیدَه شُدَه اَم

کَنْدَه شُدَه اَم

کُشْتَه شُدَه اَم

Plusquamperfectum.

پُوشیدَه شُدَه بُودَم

کَنْدَه شُدَه بُودَم

کُشْتَه شُدَه بُودَم

Futurum simplex.

کُشْتَه vel کَنْدَه vel پُوشیدَه { خَواهَم s. به خواهم } { شُد vel شُدَن }

Futurum exactum.

پُوشیدَه شُدَه باشَم

کَنْدَه شُدَه باشَم

کُشْته شُدَه باشَم

DE VERBO NEGATIVO.

232. Verbum **negativum** formatur praeposita omnibus temporibus et modis, praeter Imperativum, particula negativa نَه sep. vel نَ insep. sanscr. न e. g. نَبُود s. نَه بُود *non fuit*, نَپُرسیدَه ام *non interrogavi*, نَخواهد مانْد *non manebit* al. Imperativo autem et Imperativi formae optativae part. prohibitiva مَه sep. vel مَ insep. s. मा praeponenda est, ut مَپُرس s. مَه پُرس *ne interroga*, مَخَوارید *ne edite*, مَباد s. مَبادا *ne sit*.

233. Imperativus prohibitivus exprimitur etiam coniunctione تا *ut* sequente Aoristo verbi negativi e. g. تا نشنوی *ne audias*, تا دل خویش نیازارد *ne cor suum affligat* Gulist. p. 179. l. 17. تا درشتی هنر نپنداری *ne in corporis mole sitam putes virtutem* ibid. p. 17. l. ult. cf. Semelet ad h. l.

234. Particula neg. نه sep. vel ن insep. particulae می cum verbo coniunctae praeponi solet, ut نَمیپُرسد *non interrogat* (§. 210.). Interdum tamen etiam می antecedit, ut عجب که دود دل خلق جمع می نشود *mirum est, fumum cordis hominum non colligi*. Gulist. p. 89. l. 22.

Annot. Quidam autem Persarum grammatici aliam priori,

aliam posteriori constructioni subiiciunt sententiam, quum dicant illa indicari negationem continuae actionis نفی الاستمرار, hac continuationem negationis استمرار النفی ut v. e. نمی دیدم significet *non perrexi videre* et می ندیدم *perrexi non videre.* Sed recte iam Lumsdenius (a Gramm. t. II. p. 411. et 412.) animadvertit, tale discrimen a consuetudine sermonis abhorrere ob eamque causam minime esse probandum.

235. Si particula بِه sep. s. بِ insep. cum verbo est coniuncta, particula neg. نَ illi semper postponitur (§. 207.) e. g. بِنَگذارد *non transit,* بِنَماند *non manet* Anv. Sooh. f. 113. r. l. 22. cf. Sev. Seas VII. p. 37. l. 14 sqq.

236. De modo particulam negativam نَ vel مَ verbo, lit. ا incipienti, praefigendi vid supra §. 83.

237. Verbum substantivum ام *sum* cum particula neg. نَ coniunctum iam supra (§. 93.) explicatum est.

238. Ad analogiam 3 pers. Sing. نِیست *non est* formantur etiam omnes personae verbi هستم *existo, sum*, cum part. neg. نَ coniuncti, quum prima lit. ه, plane ut lit. ا initialis, accedente syllaba, quae in vocalem exit, cum litera ی permutetur (§§. 227. et 228. annot.). Sunt igitur: نِیستم نِیستی نِیست نِیستیم نِیستید نِیستَند.

VERBA ANOMALA.

239. Anomalia verbi persici in Imperativi tantum et quae ab illo ducuntur temporum formatione consistit, personarum autem flexionem minime attingit. Complurium enim verborum Imperativus non solum formatur abiicienda Infinitivi terminatione تن vel دن una cum vocali coniunctiva, quae terminationi دن proxime antecedit, sed etiam immutanda ea verbi parte, quae abiecta Infinitivi terminatione remanet. Quae quidem mutationes diversi sunt generis, quum vocales et consonantes aut permutentur, aut abiiciantur, aut addantur, aut alia denique verbi forma substituatur. Nituntur autem ipsa verbi radicis forma, quae in Imperativo saepissime integra apparet, accedente autem Infinitivi terminatione euphoniae imprimis legum ratione plus minusve immutatur, ut in sequenti anomalorum indice docebitur.

Quum ab Imperativo anomalorum, addita plerumque vocali coniunctiva ی ِ, etiam Infinitivus in دن formari possit, multa anomala duas Infinitivi formas exhibent, quarum una verbum facit regulare, altera anomalum. Sic e. g. بَستن *ligare* est verb. anoma-

lum, quum Imperativus sit بَند s. बन्ध्, assumta autem altera Infinitivi forma بنديدن, quae ab Imperativo deducitur, verbum est regulare.

240. Mirum denique in modum saepius cum sanscritis radicibus consentit anomalorum Imperativus, haud raro etiam ea verbi forma, quae abiecta Infinitivi terminatione remanet. Quam ob causam in sequenti indice sanscritae radices verbis persicis, ubi fieri potuit, semper adscriptae sunt.

In conficiendo autem anomalorum indice verba in تن terminata illis, quae in دن exeunt, sunt postposita et uniuscuiusque classis verba secundum literarum ordinem digesta.

I. Verba in دن.

241. Verba in دن, praemissa lit. ا quiescente, hanc literam ا aut retinent, aut abiiciunt, aut sanscritam Imperativi formam assumunt.

a) Lit. ا retinetur et verba sunt regularia.

Inf.	Imp.
آمادن s. मा + आ *parare*	آما unde آمائيدن
زادن s. जन् (cll. जाये, जात), z. zan *nasci*	زا unde زائيدن

Inf.	Imp.
گادن (गा *generure?*) *coire*	گا
کُشادن sive گُشادن *aperire*	کُشا sive گُشا

Annot. 1. Pro آمادن et کُشادن s. گُشادن, quae proprie ab Imperativis آما et کُشا s. گُشا sunt formata, eorundem verborum formae quoque anomalae آمُودن et کُشُودن s. گُشُودن in usu sunt, vid. infra p. 142. et 143. s. h. v.

Annot. 2. Ante personarum terminationes Imperativo lit. ی affigitur, quae illarum vocalem recipiat. Sic e. g. dicitur زایَم, زائِی, زایَد etc. Eadem lit. ی in fine quoque, ut lubet, addi potest (§. 103.).

b) Lit. ا remanente lit. ن additur.

Inf.	Imp.
سِتادن s. سِتَدن (स्तेन् *furari?*) *capere*	سِتان unde causativum ستاندن s. ستانیدن

c) Lit. ا abiicitur.

اِستادن seu اِیستادن s. ستادن s. स्था *stare*	اِستْ
اُفتادن s. اُوفتادن s. فُتادن s. पत् *cadere*	اُفتْ
فِرستادن s. स्था + प्र *mittere*	فِرِستْ
نِهادن s. धा + नि (§. 44. p. 34.) *ponere*	نِه

d) Sanscrita Imperativi forma substituitur.

Inf.	Imp.
دادن sanscr. दा *dare*	دِهْ s. देहि

242. Verba in دن praemissa lit. و quiescente hanc literam و aut retinent, aut cum lit. ا permutant.

a) Lit. و retinetur.

Inf.	Imp.
بُودن s. بُدن s. भू *esse*	بُو vel باش
شُدن pro شُودن s. सु vel सू *fieri*	شُو

Annot. V. p. 122 sqq. integram utriusque verbi coniugationem.

b) Lit. و retinetur, sed vocalis proxime praecedens Dhamma cum Fatha permutatur.

Inf.	Imp.
تَنُودن vel تَنِيدن s. तन् *trahere, torquere*	تَنْ (تَنَوْ)
دُرُودن *metere*	دُرَوْ unde دَرَوِيدن
زَنُودن (चन्?) *hinnire, ululare*	زَنَوْ unde زَنَوِيدن s. زَنُوِيْدن
شُنُودن s. اُشْنُودن s. شَنِيدن s. श्रु cll. शृणोमि *audire*	شُنَوْ unde شُنَوِيدن et شُنُفتن
غُنُودن *dormitare*	غُنَوْ unde غُنَوِيدن

ANNOT. Imperativus verbi تنودن ad analogiam anomalorum huius classis esset تَنَوْ, sed quum in lexicis non compareat et alia eiusdem verbi forma تنيدن magis in usu esse videatur, huius quoque Imperativus تَنْ ad formam تنودن referendus est. Quod probatur etiam participio تَنَنده telam conficiens i. e. aranea ab Imp. تن formato.

c) Lit. و cum lit. ا permutatur.

Inf.	Imp.
آزَمودن *experiri*	آزَما
آسُودن s. आस् *quiescere*	آسا
اَفْزُودن s. فِزُودن *augere*	فِزا s. اَفْزا
آلُودن *polluere*	آلا
آمُودن s. मा + आ *parare*	آما unde آمادن
اَنْدُودن (s. दा + अनु?) *incrustare*	اَنْدا
پالُودن *colare* et i. q. proxime sequens	پالا unde پالادن et پالائيدن
بالُودن s. पुल् *magnum fieri, crescere*	بالا
بَخْشُودن s. भज् (§. 25. p. 17.) *donare*	بَخْشا
پَيْمُودن s. मा + वि *metiri*	پَيْما
رُبُودن *rapere*	رُبا

Inf.	Imp.
زُدودن s. शुध् *expurgare*	زِدا
سِتُودن s. स्तु *laudare*	سِتا
سُودن *terere*	سائِیدن unde سا Sev. Seas p. 43.
فَرْمُودن s. मा + प्र *iubere*	فَرْما
کُشُودن s. کُشودن *aperire*	کُشا s. کُشا unde کُشادن s. کُشادن
نُمُودن *ostendere*	نُما

Annot. 1. De verborum formis آمادن et کشادن s. کُشادن vid. supra p. 140. annot. 1.

Annot. 2. Verbi بالودن alia est forma regularis بالیدن Imp. بال vid. Boorh Qat. s. v.

Annot. 3. Pro بخشودن usitatior est forma regularis بخشیدن Imp. بخش.

Annot. 4. Imperativis horum verborum etiam lit. ی, ut lubet, addi potest, quae tamen ante personarum terminationes semper inserenda est (§. 241. annot. 2.).

243. Verba in دن praemissa lit. ی quiescente aut regularia sunt, aut anomala. In regularibus una cum Infinitivi terminatione simul vocalis praecedens ی ـ abiicitur, quia est mere coniunctiva et eu-

phoniae tantum causa inserta, e. g. گردیدن *verti* Imp. گرد; پرسیدن *interrogare* Imp. پرس.

Anomala autem addunt lit. ن post ی quiescens, quam literam nasalem Persarum grammatici pleonastice additam dicunt. Sed videtur haec nasalis e charactere नु quintae verbi sanscr. classis orta esse, quum Imp. چين verbi چيدن, quod est sanscr. चि, optime cum eiusdem verbi Imperativo चिनु consentiat. Fortasse etiam lit. ن ad nonae classis characterem ना vel नी referenda.

Inf.	Imp.
آفریدن s. कृ + आ *creare*	آفرين
چيدن s. चि *colligere*	چين
گزيدن *eligere*	گزين

Annot. Non dubito quin verbum آفریدن sit sanscr. कृ + आ, quum gutturales in cognatas labiales transire possint, ut pluribus exemplis in Boppii vergl. Gramm (§. 14. p. 14.) probatur.

244. Verbum دیدن *videre* praeterea substituit بيدن ad analogiam synonymi sanscr. दृश्, quod in spec. temp. substituit पश्य्.

Inf.	Imp.
دیدن s. दृश् *videre*	بين

245. Verba in دن praemissa vocali brevi Imperativum hoc modo formant:

a) Litera terminationi دن antecedens una cum vocali sua brevi abiicitur.

Inf.	Imp.
آمدن s. या॰ *venire*	آ

Annot. Pro آ dicitur etiam آی unde آیم آئی آید etc.; vid. supra §. 241. a. annot. 2. et §. 242. c. annot. 4.

b) Litera ن additur.

زدن s. हन् *ferire*	زن

Annot. 1. Lit. ن Imperativo addita ante Infinitivi terminationem excidisse videtur, ita ut primitiva Infinitivi forma زَنْدَن fuerit. Quod etiam confirmatur respondentis sanscritae radicis हन् infinitivo हन्तुम्, quum contra in eiusdem verbi participio praet. हत lit. nasalis eiecta sit.

Annot. 2. Verbum سِتَدَن *capere* vid. s. v. ستادن p. 140.

246. Verba in دن praemissa consonante ر aut regularia sunt ut آوَرْدَن *portare* Imp. آوَر s. آر elisa lit. و; خوردن *edere* Imp. خور al., aut anomala, in quibus abiecta terminatione دن

Digitized by Google

a) **Primae verbi literae vocalis mutatur.**

Inf.	Imp.
بُرْدَن s. भृ *ferre*	بَر
مُرْدَن s. मृ *mori*	مِیر

b) **Una cum primae literae vocali etiam consonans, terminationi دن proxime praecedens, mutatur**

کَرْدَن s. कृ *facere*	کُن

Annot. Imperativi کُن lit. ن a charactere नु quintae verb. sanscr. classis deducenda esse videtur, ad quam idem verbum in zendica dialecto refertur, cuius Imp. est 𐬐𐬆𐬭𐬆𐬥𐬏𐬌𐬜𐬌 kĕrĕnûidhi *fac*, quocum etiam convenit forma कृणुहि in Vèdis reperta; vid. Bopp krit. Gramm. §. 343. Verbi vocalem *a* Persarum grammatici in Imp. ea de causa in *u* mutatam dicunt, ut کُن distingui possit a کَن, Imp. verbi کَنْدَن *fodere* (Seven. Seas t. VII. p. 47, l. 15.); sed quum alia quoque verba in Imp. aliam vocalem accipiant, ut modo proposita بُردن Imp. بَر مُردن Imp. مِیر al., haec vocalis *u* potius ad characterem नु quintae, vel characterem उ octavae classis verb. sanscr. referenda esse videtur.

247. Verba in دن praemissa consonante ن Imperativum regulariter formant abiecta terminatione دن e. g. آگَنْدَن *implere* Imp. آگَن; خَوانْدَن *legere*

Imp. خَوان ; كَنْدن *fodere* Imp. كَن ; مانْدن *manere* Imp. مان al.

Annot. Alia verbi آگندن Imperativi forma est آگِين, quasi verbum esset آگِيندن. Legitur in versu a Lumsdenio (a Gramm. t. I. p. 450) allato:

دواتترا زمشك وعنبر آگين
جهان‌را كن زخطت عنبر آگين

in cuius primo hemist. آگين est Imperativus, in secundo autem cum عنبر compositum format et significat *plenus*.

II. Verba in تن.

248. Verba in تن praemissa lit. خ e radicibus, quae in palatinam exeunt, originem trahere, satis probatur sanscritis radicibus, comparandi causa appositis. Conf. etiam پيختن *contorquere* Imp. پيچ unde پيچيدن. Literae autem palatinae quum quasi emolliendo ortae sint e gutturalibus, ad hunc quoque literarum ordinem ante fortes imprimis consonantes saepe redeunt (§. 30. Bopp vergl. Gramm. §. 14.). Inde explicanda huius classis lit. gutt. خ ante Infinitivi terminationem تن. — Deinde quum palatina e duobus elementis constet, quorum primum est *t* vel *d*, alterum vero sibilans, in sibilantem iterum transire potest (Bopp l. l.), ob eamque

causam Imperativum huius classis in sibilantes ز vel س vel ش exire videmus.

a) Lit. خ permutatur cum ز.

Inf.	Imp.
اَفْراختن *extollere*	اَفْراز
اَفْرُوختن s. فُرُوختن s. रुच् + अभि *incendere*	اَفْروز s. فُرُوز
آمُوختن *discere*	آمُوز
آمِيختن s. मिश्र् + आ *miscere*	آمِيز
اَنْداختن *iacere*	اَنْداز
اَنْگِيختن *excitare*	اَنْگِيز
آوِيختن s. विज् + आ? *pendere*	آوِيز
باختن *ludere*	باز
پُختن s. पच् *coquere*	پَز
پَرْداختن *vacuum esse*	پَرْداز
پَرْهِيختن *instruere*	پَرْهِيز
بِيختن *cribrare*	بِيز
تاختن *currere*	تاز
تُوختن *velle, petere*	تُوز
دُوختن *consuere*	دُوز

Inf.	Imp.
ریختن s. रिच् *fundere*	ریز
ساختن *facere*	ساز
سِپوختن *infigere*	سِپوز
سوختن *comburere*	سوز
گُداختن *liquefacere*	گُداز
گُریختن *fugere*	گُریز
	unde گُریزیدن
نَواختن *blandiri*	نَواز

Annot. 1. Alia verbi افراختن forma est اَفْراشتن, cuius Imperativus etiam est اَفْراز vid. infra §. 250. b.

Annot. 2. In Imperativo پَز verbi پُختن eiusque causativo پَزانیدن, ab Imp. derivato, vocalis *a* sanscritae radicis पच् iterum apparet.

b) Lit. خ permutatur cum س.

Inf.	Imp.
شَناختن s. ज्ञा *scire*	شَناس

c) Lit. خ permutatur cum ش.

دُوختن *mulgere*	دُوش
	unde دوشیدن
فرُوختن *vendere*	فرُوش

d) Alia forma substituitur.

سختن *librare*	سَنج
گُسیختن *rumpere*	گُسِل

Annot. 1. Imp. سنج verbi سختن a synonymo سنجیدن mutuatus est, e quo سختن litera gutt. خ cum cognata pal. ج permutata (§. 248.) et inserta lit. ن ortum esse videtur.

Annot. 2. Imp. گسل a verbo inusitato گسلیدن mutuatus est, a quo etiam causat. گسلانیدن formatur. Alii Imperativum گسل ad verbi formam گسستن referunt (§. 249. e. annot. 2.) Sev. Seas VII. p. 43. l. 7. p. 46. l. 22.

249. Verba in تن praemissa lit. س hanc literam, quae saepissime euphoniae causa Infinitivi terminationi تن est praeposita, aut plane abiiciunt, aut alio modo compensant. — Si autem lit. س ad ipsam verbi radicem pertinet, cum alia sibilanti vel aspiratione ه, quae organi affinitate cum sibilantibus est coniuncta, commutatur (§§. 34. 44.).

a) Lit. س, euphoniae causa addita, abiicitur.

Inf.	Imp.
آجستن *plantare*	آج
آراستن *ornare*	آرا
آرستن *idem*	آر
بایستن *oportere*	بای
پایستن *exspectare*	پای
پیراستن *exornare*	پیرا

Inf.	Imp.
تُوَانستن *posse*	تُوَان
جُستن *quaerere*	جُو
خايِستن *mandere*	خاى unde خائِيدن
دانِستن s. ज्ञा *scire*	دان
رُستن s. रुह्? *crescere*	رُو unde رُوئِيدن
زِستن s. जीव् *vivere*	زِى
شايِستن *decere*	شاى
شُستن (s. सु *ablui*) *lavare*	شُو
گِرِستن s. क्रु *flere*	گِرِى
مانِستن *similem esse*	مان
نِشاستن *sedere facere*	نِشان
نِگَرِستن (s. कृ s. गृ *noscere, dignoscere* + नि) *respicere*	نِگَر unde نِگَرِيدن

Annot. 1. Pro آرا Imp. verbi آراستن et پيرا Imp. verbi پيراستن etiam scribitur آراى et پيراى unde آرايَم, آرائِى etc. et پيرايَم پيرائِى etc.; vid. supra §. 241. a. annot. 2. §. 242. c. annot. 4. et §. 245. a. annot. Alia verbi آراستن forma est آرَستن correpta vocali secundae syllabae.

Annot. 2. Verborum جُستن, رُستن et شُستن primitiva forma جُوستن, رُوستن et شُوستن fuisse videtur, quum

in Imperativo haec lit. و iterum appareat. Conf. شُدن Imp. شُو. — Verborum autem زِستن et گِرستن primitiva forma sine dubio est زِيستن et گِريستن, quum in Imp. vocalem *i* producant. Denique pro نگِرستن etiam نگِريستن scribitur; vid. Boorh. Qat. s. v.

Annot. 3. Verbum نِشاستن est causativum verbi نِشستن *sedere* et ex نشانستن elisa, pronuntiationis levandae causa, lit. ن ortum, quae in Imperativo نِشان iterum apparet. Usitatior causativi forma est نِشانيدن s. نِشاندن.

b) Lit. س, euphoniae causa addita, lit. ن vel syllaba ـِين compensatur.

Inf.	Imp.
شِكَستن s. सघ् vel चघ्? *frangere*	شِكَن
نِشَستن s. निषद् *sedere*	نِشِين

Annot. 1. Si radices सघ् vel चघ् *laedere, ferire, occidere* recte cum شكستن sunt comparatae, Imperativi شِكَن lit. ن ad quintae classis, quam sequuntur haec verba, characterem नु referenda est; cf. supra §. 243. et §. 246. b. annot.

Annot. 2. Pro نِشِين, Imp. verbi نِشستن, etiam dici potest شِين, abiecto ن vid. Boorh. Qat. s. v. Seven Seas t. VII. p. 35. l. 1. Syllaba autem ـِين literae س compensandae causa addita videtur; plane enim abiicitur, si ex

Imperativo ope terminationis ـانيدن s. ـاندن formatur causativum نشاندن s. نِشانيدن.

c) **Lit.** س, **ad radicem pertinens, permutatur cum** ز **et vocalis praecedens** *á* **transit in** *í.*

Inf.	Imp.
خاستن (s. शश् *salire?*) *surgere*	خِيز

d) **Lit.** س, **ad radicem pertinens, permutatur cum aspiratione** ه.

جَستن s. جِيستن s. जस् *salire, liberari*	جهيدن unde جَه
خَواستن s. शस् *cupere, velle*	خَواهِيدن unde خَواه
رَستن s. रुह् *liberari*	رَهِيدن unde رَه
كاستن *diminuere*	كاهِيدن unde كاه

e) **Alia forma substituitur.**

بَستن s. बन्ध् *ligare*	بَنديدن unde بَند
پَيْوَستن s. बन्ध् + वि *coniungere*	پَيْوَند
گُسستن *rumpere*	گُسليدن unde گُسل

Annot. 1. **Verbi forma** بستن **e radice** بند **s.** बन्ध् **orta est, eiecto** ن **et lit.** د **ante Infinitivi terminationem** تن **cum** س **permutata. Eodem modo zend.** 𐬠𐬀𐬯𐬙𐬀 **bas'ta,**

pers. بسته *ligatus*, adiecta participii terminatione ته ta, pers. ته, a radice bandh formatum est. — Idem valet de verbo پیوستن pro پیبستن, ex praefixo پی s. वि et verbo وستن pro بستن, labial. ب et و inter se permutatis, compositum.

Annot. 2. De verbo گسستن vid. supra §. 248. d. annot. 2.

250. Verba in تن praemissa lit. ش. In nonnullis verbis haec lit. sibilans ad ipsam radicem pertinet eamque ob causam in Imperativo aut remanet, ita ut verba sint regularia, aut cum alia sibilanti permutatur; in aliis autem verbis, quum haec lit. muta ش ante Infinitivi terminationem تن literae sonorae ر, quae in radice est, locum obtinuerit, quia sequitur altera lit. muta ت, abiecta Infinitivi terminatione lit. primitiva ر iterum compareat necesse est. Pauca etiam verba in Imperativo aliam formam substituunt.

a) Lit. ش, ad radicem pertinens, retinetur et verbum est regulare, e. g.

Inf.	Imp.
كشتن s. कष् s. खष् *interficere*	كش

Annot. Huc referenda etiam videntur verba سرشتن s. सृज् *subigere* et آغشتن *macerari*, quae tamen Imperativo

et temporibus ab illo derivatis carere dicit Lumsden (a Gramm. t. I. p. 68.).

b) Lit. ش, ad radicem pertinens, cum alia sibilanti ز vel س permutatur, producta simul ante literam س vocali *i*.

Inf.	Imp.
اَفْراشتن *extollere*	اَفْراز
رِشتن *nere*	رِيسيدن unde رِيس
نِبِشتن s. نُوِشتن *scribere*	نُوِيس

c) Lit. ش transit in literam ر, quacum est commutata.

اَنْباشتن s. भृ+अनु? *implere*	اَنْبار
اَنْگاشتن s. कृ+अनु? *opinari*	اَنْگارْدن unde اَنْگار s. اَنْگارِيدن
اَوْباشتن s. भृ+अव? *deglutire*	اَوْبار
پَنْداشتن (e پند et داشتن) *existimare*	پَندار
داشتن s. धृ *tenere*	دار
كاشتن s. كِشتن *seminare*	كار

Digitized by Google

Inf.	Imp.
گاشتن s. कृ? *vertere*	گار
گذاشتن *transire*	گذاردن unde گذار s. گذاریدن
گذَشتن idem	گذَر
گماشتن *committere*	گماریدن unde گمار
نِگاشتن s. कृ + नि? *pingere*	نِگاریدن unde نِگار
نَوَشتن *plicare*	نَوَرْدن unde نَوَر et نَوَرِدیدن

d) Alia verbi forma substituitur.

گَشتن s. वृत् *verti*	گَرِدیدن a گَرد
هِشتن s. हा *relinquere*	هِلیدن a هِل

251. Verba in تن praemissa lit. ف hanc literam in Imperativo aut retinent et sunt regularia, aut cum labial. ب et و permutant, aut denique plane abiiciunt. In nonnullis alia quoque forma substituitur.

a) Lit. ف retinetur et verbum est regulare.

Inf.	Imp.
شِکافتن *findere*	کاف vel شِکاف
شِکُفتن *efflorescere*	شِکُوفیدن unde شِکُوف

Annot. 1. Pro شِکاف etiam dici potest کاف abiecta prima syllaba شِ, ut docetur in lexx. Seven Seas t. VII. p. 35. init. et Boorh. Qat. s. v. Conf. شِین pro نِشِین *sede* §. 249. b. annot. 2.

Annot. 2. Imp. شِکوف a شکوفتن, producta vocali *u*, descendit, quae primitiva quoque verbi forma esse videtur.

b) Lit. ف permutatur cum ب.

Inf.	Imp.
آشُفتن s. آشُفتن s. क्षुभ्+ श्रा *conturbari*	آشُوب
تافتن s. تَفتن s. तप् *accendere*	تاب unde تابِیدن
رُفتن *verrere*	رُوب
شِتافتن *festinare*	شِتاب unde شِتابِیدن
فِریفتن *fallere*	فِریب
کُوفتن *tundere*	کُوب unde کُوبِیدن
یافتن s. आप् *invenire*	یاب

Annot. 1. Imp. روب a verbo روفتن, producta vocali *u*, deducendus est, qua longa vocali ـُو alia quoque huius generis verba, ut آشوفتن, کوفتن, scripta sunt.

Annot. 2. Pro Imperativo یاب etiam یاف dici posse affirmat lex. Seven Seas (t. VII. p. 47. l. 2.) auctor.

c) Lit. ف permutatur cum lit. و.

Inf.	Imp.
رَفتن s. रु *ire*	رَوْ
كافتن *fodere*	كاوِيدن unde كاوْ
گُفتن s. गु vel कुप् *loqui*	گُو

Annot. Huc quoque referendum est verbum شُنُفتن *audire*, quae est alia forma verbi شنودن Imp. شُنَوْ; vid. supra §. 242. b.

d) Lit. ف abiicitur.

Inf.	Imp.
پَذِيرَفتن *accipere*	پَذِير

e) Lit. ف reiicitur, producta simul primae syllabae vocali.

گِرِفتن s. ग्रह् *capere*	گِير

Annot. Antiqua radicis ग्रह् forma est ग्रभ्, in Vêdis reperta et cum pers. گِرِفتن, zend. ??? gĕrĕw, part. ??? gĕrĕpta, goth. grip. (*ergreifen*) et graec. γριπεύς, γρι-πεύω, γρῖφος optime consentiens. Vid. Rosen Rigved. Spec. p. 10. vs. 4. Lassen Anthol. sanscr. p. 136. Bopp vergl. Gramm. p. 127.

f) Alia forma substituitur.

خُفتن s. स्वप् *dormire*	خُفْت
سُفتن *perforare*	سُفْت

Digitized by Google

Inf.		Imp.
شِکُفتن	*mirari*	شِکُفْت
نِهُفتن	s. गुप् + नि *ab-scondere*	نِهُفْت

Annot. 1. Haec quatuor verba contracta videntur ex aliis formis, quae in ـیدن exeunt, quia in Imperativo lit. ت remanet. Lexica tales formas سفتیدن, خفتیدن, شکُفتیدن et نهفتیدن re vera exhibent et quum in grammatica lexico Seven Seas adiuncta (t. VII. p. 47. init.) formae خفتد, سفتد et نهفتد ut Aoristi verborum خفتن, سفتن et نهفتن afferantur, non dubito, quin Imperativi modo propositi recte sint formati. Quod probatur etiam causativis horum verborum, quae ab his Imperativorum formis addita terminatione ـانیدن sunt deducta, ut خفتانیدن, سفتانیدن etc.

Annot. 2. Lumsden (a Gramm. t. I. p. 70.) verbo خفتن Imperativum خُسپ a خُسپیدن (cf. Seven Seas t. VII. p. 43. l. 6) et verbo سفتن Imperativum سُنب a سُنبیدن attribuit; verbum شکُفتن prorsus omisit, verbi autem نهفتن Imperativum نهفت profert, qui in hoc versu, e Sàdii Bostâno depromto, legitur:

خوابش نگر تا چه مردانه گُفت
که چندین ستایش چه گُفتی نهفت

Alii porro versus laudantur in lex. Seven Seas (t. VII. p. 47. init.), in quibus Imperativus خفت legitur:

شتر بچه با مادر خویش گُفت
پس از رفتن آخر زمانی بخفت

et in versu Sâdii:

نگه کرد شوریده از خواب گفت
مرا فتنه خوانی وگوئی مخفت

DE VERBIS IMPERSONALIBUS.

252. Verba impersonalia sunt بایِستن *oportere* et شایِستن *decere*, quae in 3 tantum pers. Sing. Praesentis, Aoristi et Imperfecti sunt usitata. Itaque dicitur:

Praesens.	Aoristus.	Imperfectum.
بایَد } همی s. می	بایَد } cum vel sine بـ	می s. همی بایِست
		بایِستی s.
شایَد } همی s. می	شایَد } cum vel sine بـ	می s. همی شایِست
		شایِستی s.

253. Synonymum verbi شایستن est سَزیدن et ut impersonale in 3 pers. Sing. eorundem temporum usurpatur, rarius autem Imperfectum می s. همی سزید legitur. — Utrumque verbum etiam significat *dignum esse*, qua tamen significatione, ut alia verba, per omnes personas flecti solet.

254. Impersonaliter quoque usurpantur تُوَانَد et تُوَان a verbo تُوَانستن *posse* derivata, quorum prius est 3 pers. Sing. Aoristi et significat *potest*, gall. *il peut*, posterius autem, quod ad formam attinet, Imperativus eiusdem verbi, sed substantivi significatione accipiendus, subintellecto simul verbo substantivo *est*, quasi diceres *potestas est*, pro *possibile est*, gall. *on peut.*

255. Verba impersonalia eodem modo ac verbum auxiliare خواستن, Futuro simplici formando inserviens, construuntur, sequente nimirum Infinitivo apocopato, ut باید کرد *oportet facere*, تواند کرد *potest facere.* In poetico autem sermone Infinitivus etiam praecedere potest e. g. خواند باید Fragm. p. 19. vs. 12. دید نتواند Fleischer Ali's Spr. p. 35. l. antep. Haud raro tamen vulgaris quoque Infinitivi forma in تن vel دن post verba impersonalia legitur e. g. سخن بانديشه بايد گفتن وحركت پسنديده بايد كردن Gulist p. 146. l. 18. et 19. cf. Anvari Sooh. f. 93. r. l. 21.

بجای دون صفتانی که مردم آزارند
بهیچ وجه نکوئی نمی توان کردن

NOMINUM ORIGO ET DERIVATIO.

256. **P**ermulta nomina persica aeque ac sanscrita a verbis aliisque vocibus suffixorum ope formantur. Quum autem Persarum grammatici suffixa, quibus nomina primitiva ex ipsis radicibus oriuntur, sanscrita Krit कृत् vel Unâdi उणादि, ab illis, quae derivativis ex aliarum vocum stirpibus formandis inserviunt, sanscritis suffixis Taddhita तद्धित, nullo modo distinguant, a re proposita haud alienum videtur, omnia suffixa, cum sanscritis, ubi fieri potuit, comparata, alphabetico ordine digerere eorumque cum nominibus coniungendi rationem in iis, quae sequuntur, exponere.

SUFFIXA QUIBUS SUBSTANTIVA ET ADIECTIVA FORMANTUR.

ا a) **Imperativo suffixum format Participia praes. (§. 218, 3.) 1) a quibusdam verbis transitivis, quae ex loquendi usu sunt cognoscenda e. g. پوشا *celans*, کوشا *laborans*, پذیرا *accipiens* al., in quorum nonnullis adiectiva vis**

Digitized by Google

praevalet, ut دانا *intelligens, doctus*; 2) a quibusdam verbis intransitivis, quae participia fere semper adiectivi vim habent e. g. بویا *odorans*, تَوانا *potens*, ریبا s. शुभ *pulcer*.

b) Adiectivis quibusdam autem suffixum format substantiva abstracta e. g. گرما *calor*, سرما *frigus*, پهنا *latitudo*, فراخا *amplitudo*, ژرفا *profunditas*, راستا *rectitudo*, درازا *longitudo* et consentit cum suff. ـی, quod iisdem substantivis formandis inservit, ut پهنی, فراخی, درازی al. vid. Boorh. Qat. p. 8. l. 7. Convenit hoc suffixum ـا cum sanscr. आ, quod simul est suffixum Krit et Taddhita.

ـار vid. infra p. 165. sub ـاوَر.

آسا vel سا nominibus postpositum similitudinem, speciem exprimit. Idem valent suff. دِیس s. دِس s. देश, देशीय, سان, proprie signif. *modus, ratio*, فَش s. وَش et مان s. مانا a مانستن *similem esse* e. g. پیل‌آسا s. پیل‌سا *elephanti similis*, خوردیس s. خوردس *solis instar*, یکسان *unius modi, aequalis*, شیرسان *leoni similis*, شاه‌فش s. شاه‌وش *regi similis*, فلک‌مان s. فلک‌مانا *coelo similis* al.

ـاك, quod etiam ـَك correpta vocali *á* scribi potest, perpauca format substantiva et adiectiva variae significationis 1) ab Imperativo e. g. جوشاك *ebullitio, agitatio* a جوشیدن *ebullire, agitari*, سوزاك (proprie *inflammatio*) *stranguria* morbus a سوختن *urere*, کاواك s. کاوك *res cava* a کاویدن *perforare*; 2) a substantivis e. g. پَچواك *interpres* a پَچوه *interpretatio* abiecto ه,

پاك *purus* contractum e پاواك s. पावक (e पू aff. अक),
فژاك *sordidus* a فژ *res immunda*, فُغاك *stultus* a فُغ
idolum al. Plane igitur consentit hoc suffixum cum sanscrito Krit et Taddhita अक.

آگين proprie est Imperativus verbi آگندن *implere*, quasi primitiva verbi forma esset آگيندن q. v. §. 247. annot. et in compositione significationem *plenus* accipit e. g. عنبر آگين *ambra plenus*. Inde etiam deducendum videtur suffixum گين, reiecta prima syllaba آ, quod adiectiva possessiva format, nisi forte hoc ad sanscritum Taddhita किन् referre malueris e. g. اندوهگين *aegritudine animi affectus*, *tristis*, دردگين *dolore plenus*, شرمگين *pudibundus*.

ـال nominibus affigitur, significatione tamen immutata remanente e. g. چنگ et چنگال *unguis* ferae, *pugnus* hominis, دُنب s. دُمب usitatius دُم et دُنبال s. دُمبال *cauda*.

ـان multa format adiectiva et substantiva diversae significationis et quidem 1) Participia praes., appellativa et substantiva abstracta ab Imperativis verborum imprimis intransitivorum (§. 218, 3) e. g. دَوان *currens*, گريزان *fugiens*, گِريان *lacrimans*, نِهان *latens*, *absconditus*, رَوان *iens* et *anima*, گردان *se convertens* et *species assaturae* a vertendo, دمان *citus* et *properantia*, *impetus*, فرمان s. प्रमाण *mandatum* a فرمودن *iubere*, پيمان (proprie *mensuratio*) *pactum*, *foedus* a پيمودن al.; 2) quaedam adiectiva possessiva et substantiva, quae relationem quandam inter nomen primi-

tivum et derivatum indicant, a substantivis e. g. جانان *amatus* a جان *anima*, كوهان *sella equestris*, *dorsum* animalis, *gibbus* cameli a كوه *collis*, *mons* Secand. nam. p. 167. i. 6, بيابان *desertum* ex بى *sine* et آب *aqua*, پيشان *initium* a پيش *anterior pars*, ساران *caput* a سار pro سر *caput*, پايان *finis* a پاى *pes*, گرمابان *thermae* a گرم *calidus* et آب *aqua*, نورهان s. نوراهان *donum* proprie eius, qui modo ex itinere rediit a نوراه nom. comp. *via nova*, *iter novum* Secand. nam. p. 108. l. 1. sqq., غرمان *iracundus* a غرم *iracundia* Boorh. Qat. s. v.

Respondet igitur hoc suffixum sanscritis Krit अन् et अन, quae in persica lingua etiam ut Taddhita sunt usurpata.

ـَانَه cum praecedente suffixo ـَانْ cohaeret et format imprimis adiectiva qualitatis et substantiva a nominibus persicis et arabicis, tam substantivis, quam adiectivis e. g. مردانه *viro dignus*, *virilis*, شبانه *nocturnus* et *potus nocturnus*, پرهيزانه *abstinentiae conveniens* et *victus tenuis aegroti*, شاگردانه *discipulo dignus* et *munusculum discipulo*, *stipendium praeceptoris afferenti*, *oblatum*, ديوانه *furiosus*, *insanus* a ديو *daemon*, عاقِلانه vel دانايانه *prudenti dignus*, جاهِلانه *stulto dignus* al.

ـَاوَر vel ـَار pro آوَر vel آر proprie est Imperativus verbi آوردن *ferre*, qui suffixi instar cum substantivis coniunctus format possessiva e. g. جنگاور s. جنگار *bellator*, تناور *corpulentus*, *robustus*, بختاور *prosper*, *felix*, تكاور s. تكار *currens*, *velox animal* et *equus*, *camelus*, دلاور *cordatus*, *strenuus*.

ـَاوَند sanscr. Taddhita वत् vel वन्त् in fortioribus casibus esse videtur, praeposita vocali coniunctiva ـَا et format pauca **possessiva** e. g. خویشاوند *consanguineus*, پساوند *rhythmus* a پس *pars posterior*, پژاوند *vectis portae* a پژ *colliculus* et *locus montis difficilis ascensu*, quibus accedunt nomina loci hoc suffixo terminata, ut دماوند, نهاوند, سکّاوند al.

بَد proprie est substantivum, sanscr. पति et significat *dominus*, *possessor*, sed separatim inveniri non videtur. Perpauca format **composita**, ut اسپهبد s. سپهبد *dux exercitus*, موبد *Magorum praefectus*, *doctus*, *sapiens* a مو pro موغ *cultor ignis*, هیربد *igni sacro praefectus*, *antistes ignicolarum* a هیر *ignis*. Cf. FRAGMENTE über die Rel. des Zor. p. 118. not. 32.

بَرَه vid. infra p. 170. sub ـَك.

تْ lit. **supervacanea**, perpaucis substantivis persicis affixa e. g. بالِشت pro بالش *pulvinar*, فرامشت pro فرامش vel فراموش *oblivio*, پاداشت pro پاداش *retributio* al.

تْ vel دْ apocopatum **Infinitivum** in تن vel دن format, qui ut Infinitivus vulgaris saepe substantivi obtinet significationem, maxime autem in compositione usurpatur (§. 259.) e. g. گُفت *sermo*, شِکست *fractio*, *clades*, شِگِفت *admiratio*, داد *donum* al.

تَار vel دَار suffixis, quae Infinitivi terminationis تن vel دن locum occupant, formantur 1) **nomina agentis** ut فِریفتار *deceptor*, دادار s. दातृ *dator*, خریدار *emtor* al. 2) **adiectiva passivae** praesertim significationis et **substantiva abstracta** e. g. مُردار *mortuus* et *cadaver*

گرفتار *captus, captivus* et *praeda*, رستار *liberatus, liber, salvus*, کشتار *mactatus*, نمودار *indicans* et *indicatus, manifestus, similis* et *probatio, argumentum*, گفتار *sermo*, دیدار *conspectus, apparitio* et *quod apparuit, existens, praesens* al.

Annot. Persarum grammatici et qui grammaticam persicam scripserunt viri docti ad unum omnes loco suffixi تار vel دار aliud suffixum ـار receperunt, quod Infinitivi formae apocopatae affigunt. Sed suffixum esse تار vel دار, quae utraeque formae plane ut Infinitivi terminationes تن et دن usu inter se differunt (§. 219.), satis probatur comparato sanscrito suffixo Krit तृ pro तार् zend. ?, (graec. τηρ, τωρ et lat. tōr, turus), quod non solum forma et significatione cum persico suffixo تار vel دار consentit, sed etiam eodem modo ac persicum suffixum cum verbi radice coniungitur. Cf. Bopp krit. Gramm. p. 303, 44) cll. §. 124. et eiusd. vergl. Gramm. §. 144.

تر, ترین gradus comparationis formant vid. supra §. 142.

تن vel دن Infinitivi terminatio, vid. supra §. 219.

ته vel ده Participium praet. pass. format, vid. supra §. 220, 1. In nonnullis verbis neutris hoc participium praesentis quoque significationem obtinet e.g. خفته *dormiens, somno deditus*, proprie *qui decubuit* Pendnam. p. 25. vs. 9. p. 86 vs. 2. Fleischer Ali's Spr. p. 5. l. 13. ایستاده *stans*, proprie *qui constitit*, شایسته *decens, conveniens, dignus* al.

چه vid. infra p. 170. sub ـك

دْ vid. supra p. 166. sub تْ

دار vid. supra p. 166. sub تار

دان nominibus postpositum significat locum vel vas, in quo aliquid continetur e. g. نمکدان *salinum*, میدان *vas vinarium*, قلمدان *theca calamaria*, نرگسدان *testa narcissi*, جامهدان *arca vestiaria*, آبدستدان vel per contractionem آبدستان s. آبدسدان *malluvium* vid. Boorh. Qat. s. v.

Suffixum دان a sanscr. rad. धा *ponere*, pers. دهادن, ad analogiam suffixi ستان (p. 169.) formatum est, aspiratione literae ध *dh* reiecta. Interdum etiam literae aspiratae in solam aspirationem transeunt, ut in part. हित verbi धा pro धित, in Imperativi terminatione हि pro धि al. (§. 44. p. 34. et 35), unde alia suffixi دان forma هان explicanda est, quae in nomine urbis اسپهان *Ispahan* reperitur, quod, Lassenio recte docente, proprie significat *equorum locum* vel *regionem*. Vid. Schlegel Indische Biblioth. III, 1. p. 36.

دِس s. دِيس vid. supra p. 163. sub آسا

دَن vid. supra p. 167. sub تَن

دَه vid. supra p. 167. sub تَه

زار nominibus postpositum locum et multitudinem rei significat c. g. گُلزار *rosetum*, لالهزار *hortus tulipis abundans*, علفزار *locus pabulo abundans, pratum*.

ژه vid. infra p. 170. sub ـك

سا vid. supra p. 163. sub آسا

سار a) nominibus suffixum format 1) nomina loci et multitudinis e. g. کوهسار *regio montuosa*, نمکسار *salina*; 2) adiectiva similitudinis e. g. دیوسار *daemoni similis*, شاهسار *regi similis*, خاکسار *pulveri similis*, *humilis*; 3) adiectiva possessiva ut شرمسار *verecundus*, *pudibundus*.

b) ut synonymum vocis سر *caput* interdum in fine compositorum legitur e. g. نگونسار *vergens capite*, *deorsum pendens*, *inversus*, گاوسار *bovis caput habens*, epith. clavae Feriduni, regis Persarum, سکسار *canis caput habens*, nomen animalis cuiusdam.

سان vid. supra p. 163. sub آسا

ـِستان zend. [illegible] a'tâna (Burnouf Comm. sur le Yaçna p. liij), sanscr. स्थान, ab استادن s. स्था *stare*, proprie est nomen subst. significans locum et nominibus loci formandis inservit e. g. گلستان *locus rosarum*, *rosetum*, بهارستان *locus veris*, کوهستان *regio montuosa* et nom. provinciae, شهرستان *locus munitus* (castellum) urbis et nomen loci.

ـِش Imperativo vocali *i* affixum multa format substantiva abstracta e. g. نکوهش *vituperatio*, *vitium*, پژوهش *investigatio*, بخشش *largitio*, *donum*, دانش *scientia*, نوازش *blanditio*, افزایش *auctio*, آرایش *ornatio*. — Pro ـِش interdum scribitur ـِیش ut چالیش et چالش *itio* a چالیدن pro چلیدن s. चल् *ire* vid. Boorh. Qat. s. v. Secand. nam. p. 166. l. 9.

Suff. ـِش respondere videtur sanscr. Krit. अस in

वचस् *sermo*, वासस् *vestitus* al.; cf. منش *cor* cum sanscr. मनस्, دوش *humerus* cum s. दोस् al.

Lumsdenio affirmante pro ـِش etiam scribere licet ـَش, si exitus versus eiusdem soni exigit; vid. Lumsden a Gramm. t. I. p. 412. et 413.

شَه vid. infra p. 171. sub ـَك

فام s. وام proprie est subst., quod in compositione colorem vel similitudinem et speciem indicat; v. Boorh. Qat. s. v. ut گُلفام *roseus*, مُشكوام *niger instar moschi*, سِيهفام *subater*, انگبينفام *melligenus*, فلكمينافام *coelum vitreum* sive *coloris vitrei*, Ferh. in Meninsk. lex. s. v.

فَش vid. supra p. 163. sub آسا

ـَك 1) pro ـَ ال q. v. p. 163. 2) format diminutiva et nominibus animatis plerumque affigitur e. g. مردَك *homunculus*, مُرغك *avicula*, اسپك *equulus*, نفسك *animula*, چيزك *res parva*, اندك proprie *numerus perexiguus* ab اند *numerus incertus a tribus ad decem*, *aliquot;* deinde adi. *paucus*, *parvus* et adv. *parum*. Affigitur etiam adiectivis et gradui comparativo e. g. سفيدك *subalbus*, بهترك *paulo melius*, خوبترك *paulo pulcrius*.

Si vocabulum exit in lit. ه occultam (§. 105. sqq.), haec lit. cum گ permutatur e. g. جامگك *vestis parva* a جامه, خامگك *calamus parvus* a خامه. Interdum, Lumsdenio (a Gramm. t. I. p. 436.) docente, haec lit. ه plane abiicitur ut مزك a مزه, *gustus*, مژك a مژه *cilium*, aut, ut Dombay (Gramm. ling. pers. p. 39.) affirmat, cum ى permutatur e. g. خواجيك a خواجه *magister*.

Digitized by Google

Alia **particula diminutiva**, nominibus inanimatis plerumque affixa, est چَه s. جَه, quacum cohaerent aliae formae diminutivae ـِيچَه, ژَه et ـِيژَه e. g. باغچه *hortulus*, ديكچه *ollula*, پُسريچه *filius pravus*, بُزيچه *haedus*, دريچه *ostiolum*, دانژه s. دانچه *granulum* in spec. *lens* a دان pro دانه, آتشيژه *cicindela*, proprie *igniculus*, *scintillula*, سُرخيژه s. سُرخچه *rubentes pustulae*, *variolae* a سرخ *ruber*.

Raro forma diminutiva suffixis ـُ ول s. ـُ ولَه, بَرَه et ـُ و *ô* insignitur e. g. مشكول s. مشكوله i. q. مشكيچه *uterculus*, خُمبره s. خنبره i. q. خمچه *vasculum* a خم, پُسرو *filiolus*, دُخترو *filiola*.

Annot. Lumsden. (a Gramm. t. I. p. 437. t. II. p. 390.) addit terminationes diminutivas شَه et ـَا, sed quo prior earum probatur exemplum نَيْشه non significat *a small reed*, *a shepherd's pipe*, sed est alia forma pro نِيشو *cerasi species* et pronuntiandum نيشه vid. Boorh. Qat. s. v. Posterior autem terminatio ـَا metri tantum causa nominibus, quae in consonantem vocali destitutam exeunt, affigitur et est vera licentia poetica, quod hoc versu Ferdusii, in lex. Seven Seas (t. VII. p. 8. fin.) allato, optime probatur:

به پيچيد بر خويشتن بيژنا
كه چون رزم آرد برهنه تنا

گار proprie est subst., separatim tamen non usurpatum, quo nominibus addito significatur *faciens*, *factor* e. g. خدمتگار *servus*, آموزگار *instructor*, *magister*, پرهيزگار *abstinens*, كامگار (voluntati parens) *fortunatus*, يادگار (in memo-

riam revocans) *donum in memoriam datum, monimentum,* كردگار (opera faciens), epith. Dei: *omnipotens* al. Cum گار usu et significatione convenit suffixum گر, quod imprimis *opificem* indicat e. g. رامشگر *musicus*, کوزهگر *figulus*, کفشگر *sutor*, آهنگر *faber ferrarius*, دادگر *iustus*, ستمگر *iniustus, tyrannus*, توانگر *potens, dives* al.

Utrumque suff. گار et گر respondet sanscr. vocab. कार vel कर a कृ pers. کردن *facere*, quibus in compositione etiam *faciens, factor* exprimitur vid. Bopp Gloss. sanscr. s. v.

گان secundum Boorh. Qat. proprie significat لایق وسزاوار *dignus, conveniens* et 1) pauca format **nomina similitudinis** e. g. خدایگان (proprie *deo similis* مانند خدا بحکم وقدرت Seven Seas t. VII. p. 30. l. 26.) epith. regis: *excellentissimus, potentissimus*, شایگان pro شاهگان *rege dignum, praestantissimum quidque,* inde *thesaurus copiosus, amplitudo, commoditas,* رایگان pro راهگان *res in via inventa* vel *gratis accepta,* inde *res exigua, levioris pretii,* گردگان *nux iuglans* (proprie *circuli speciem habens*). 2) Numeralibus **distributivis** formandis inservit vid. supra §. 158. Cum گان cohaeret sequens suffixum

گانه quo numeralibus addito formantur **substantiva**, quae **significatione graecis in ας respondent**; vid. infra p. 177. sub suff. ه ـ

گر vid. supra p. 172. sub گار

گین vid. supra p. 164. sub آگین

لاخ *locus*, nom. subst., format **nomina loci**, sed cum tribus tantum nominibus سنگ *lapis*, دیو *daemon* et رود *fluvius*

compositum reperitur, ita ut سنگلاخ significet *locum lapidosum*, دیولاخ *locum a geniis inhabitatum*, *desertum* et رودلاخ *locum aquosum*. Vid. Boorh. Qat. s. v. Fortasse hoc nomen est sanscritum लोक *mundus*.

ـُم format numeralia ordinalia. Vid. §. 156.

مانْ et مانا formant nomina similitudinis, ut supra s. v. آسا pluribus expositum est. Utriusque suffixi prius est Imperativus, posterius Participium verbi مانِستن *similem esse*. — Alius autem originis est suffixum

مانْ s. مانَه e. g. in شادمان s. شادمانه *laetus*, quod s. Taddhita मत् Nom. मान् respondere videtur v. c. in श्रीमत्, Nom. श्रीमान् *felix*.

مَنْد nominibus substantivis affixo multa formantur Possessiva e. g. هُنرمند *virtute praeditus*, *praestans*, دردمند *doloribus affectus*, *miser*, سودمند *fructuosus*, *utilis*. Si nomen duabus constat literis, inter nomen et suffixum lit. و coniunctiva inseri solet e. g. تَنُومند (corpus habens) *robustus*, *sanus*, بَرُومند *fructifer*, *fertilis*; rarius si nomen pluribus constat literis e. g. خِردمند et خردومند *intelligens*, *sapiens*, دانشمند et دانشومند *sapiens*, *doctus*, هُشمند s. هوشمند et هشومند *intelligens*, *sapiens*.

Suffixum مند usu et forma plane consentit cum sanscrito Taddhita मत्, in cas. fort. मन्त्.

نْ est lit. supervacanea, quae perpaucis nominibus persicis ope vocalis *a* affigitur e. g. پاداش et پاداشَن *retributio*, لفچ et لفچَن *labium pendulum*.

نْ ـِ est suff. ـِين defective scriptum q. v. p. 180.

نا s. نای quod sanscr. Taddhita न esse videtur, pauca **abstracta** format e. g. تنگنای *angustia, via angusta* a تنگ *angustus*, فراخنا s. فراخنای *amplitudo, latitudo* a فراخ *amplus, latus.*

ناك Imperativis et nominibus substantivis postpositum format **adiectiva qualitatis** e. g. اندیشناك *cogitabundus, tristis*, پرهیزناك *abstinens*, آموزناك i. q. آموزنده *docens, praeceptor* Schand. nam. p. 2. l. 7 sqq., خشمناك *iracundus, iratus*, غمناك *moerore affectus, tristis*, صعبناك *difficilis*. Pendnam. p. 169. vs. 16 al.

Suffixum ناك sanscrito Krit नज् respondere videtur, quod ex euphoniae legibus in नक् mutari potest.

نْدْ ـَ vid. s. نْدَه ـَ, suffixo proxime sequenti.

نْدَه ـَ Imperativo suffixum **Participia praes. act.** et **appellativa** format et sanscr. Krit अत् in cas. fort. अन्त् respondet e. g. کُشَنده *interficiens*, رَوَنده *iens*, کُننده *faciens* vid. supra §. 218, 3. Pro نده ـَ etiam ند ـَ scribitur e. g. پرنده et پرند *volans, avis*, چرنده et چرند *pascens, animal.* Idem suffixum substantivis quoque affigitur ut غمنده et غمند *anxius, afflictus, tristis*, دَژند *iracundus, iratus* a دژ *ira.*

و ـُ vid. supra p. 171. sub ك ـُ

وار s. وارَه nominibus suffixum indicat 1) **possessionem** e. g. امیدوار *spem habens*, چراغواره *candelabrum*; 2) **similitudinem et id quod rei accommodatum, idoneum est** e. g. شاهوار *rege dignus, regius*, گوشوار

s. ماهواره s. ماهوار ,*inauris* ,*auri conveniens* گوشواره *menstruum stipendium*, quod famulis solvitur, دستوار s. دستواره *res manui accommodata, quae manu prehendi potest, baculus manualis*, پُشتواره *quantum dorso imponi potest, onus*.

Suff. وار s. واره una cum sequenti suffixo وَر a verbo آوردن (s. भृ + आ §. 198.) *ferre, afferre* deducendum esse videtur, ita ut proprie significet *ferens, habens*.

وام vid. supra p. 170. sub فام

وَانْ s. وَنْ est s. Taddhita वत् in cas. fort. वन्त् et format 1) perpauca Possessiva, ut پهلوان *vir fortissimus, heros* sanscr. बलवत्, ut videtur, ab inusitato پهل s. बल *vis, robur* derivandum; 2) indicat similitudinem ut sanscr. वत् in चन्द्रवत् *lunae instar* e. g. پُلوان s. پُلْوَن (pontis instar) *locus quietis*, in quo onus dorsi aliquantum deponitur, استَرْوَن s. سَتْرَوَن (mulae similis) *sterilis mulier* al. Interdum hoc suffixum sonat ـُون vocali Dhamma ultimae nominis literae apposita e. g. گَردُون (conversionem faciens) *orbis coelestis, rota*, سرُون (cacumine praeditus) *cornu* animalis.

In compositione interdum وان pro بان *custos* scribitur ut فيلوان *elephantorum custos*.

وَر saepe pro suffixo وار ponitur, e quo correpta vocali *á* ortum est et Possessivis formandis plerumque inservit e. g. بَرْوَر *frugifer*, تاجور *coronam gestans, rex*, نامور *nomen habens, celeber*, دانِشور *scientia praeditus, sapiens*, سخنور *verba faciens, eloquens, orator*, داور

pro دادْوَر, elisa lit. د, *iustus*. — Interdum, praesertim in nominibus monosyllabis, hoc suff. pronuntiatur ـُور, vocali Dhamma ultimae nominis literae apposita, qua in re cum suff. وَن vel ـُون plane consentit; e. g. گنجُور *thesaurarius, dives*, رنجُور *aegrotus, afflictus*, دستُور (potestatem habens) *supremus Vesirius, primarius principis minister*, مزدُور *mercede conductus, mercenarius*, آزُور *avidus, concupiscens*.

ـُور vid. sub وَر proxime praecedente.

وَش vid. supra p. 163. sub آسا

وَنْ et ـُونْ vid. supra p. 175. sub وان

وَنْد alia suffixi وان forma esse videtur, cum sanscr. वन्त् (वत्) consentiens, sed rarius usurpata e. g. خُداوند *dominus, possessor*. — Interdum pro بند *vinculum* in fine compositorum legitur e. g. پاوند pro پابند *pedis vinculum*, دروند pro دربند *repagulum portae*.

ه ـَ format 1) **substantiva**, quae **relationem** quandam cum voce, a qua deducuntur, **exprimunt** e. g. سُنبَه *terebra* a سنبيدن *perforare* (§. 251. f. annot. 2.), دوشه *mulctrarium* a دوشيدن *mulgere*, گرمابه *thermae* a گرمآب *aqua calida*, شبپره s. شپره *vespertilio* a شب *nox* et پريدن *volare;* aut **rei nomine expressae simile** quid significant e. g. دندانه *dentes serrae, pectinis* et similium a دندان *dens*, زبانه *lingua fibulae, staterae* al. a زبان *lingua*, دمه *follis* a دم *halitus*, كوهه *pars elatior dorsi* cuiuslibet animalis a كوه *mons* al. SECAND. NAM. p. 167. l. 5.; 2) **adiectiva** quae tem-

poris spatium indicant ut يك روزه *unius diei*, يك شبه *unius noctis*, دوماهه *bimensis*, هزار ساله *mille annorum*, هر روزه *quotidianus*; 3) adiectiva numeralibus proprius definita e. g. يك گونه *unius coloris*, دورويه *biformis*, دوشاخه *duos ramos habens* lignum, *numella*, *cuspis hastae biceps*; 4) substantiva ex numeralibus, quae significatione respondent graecis in ας e. g. يگانه *singulus*, *unus*, دوگانه *duplum* et i. q. دو ركعت نماز *precatio binis prostrationibus constans* Gulist. p. 57. l. 14. et Semelet ad h. l., سِهگانه τριάς, چهارگانه τετράς etc. Cf. supra §. 158, 4. Denique 5) est lit. ه occulta pronuntiandae vocalis *a*, rarius vocalis *i*, causa in fine addita (§§. 44. 105. 106.), ut in terminatione part. praet. pass. تَه vel دَه al. ob eamque causam in multis vocibus supervacanea e. g. in terminat. ـِينَه pro ـِينْ , كِينَه pro كِينْ et in voc. لفچه pro لفچ , كينه pro كين , نيمه pro نيم , چاره pro چار , تخمه pro تخم , بهره pro بهر , بُنه pro بن , نانه pro نان , خانه pro خان , آستانه pro آستان , ناف Secand. nam. p. 39 fin., هنگامه pro هنگام ibid. p. 155. l. 11 sqq., كه et چه (§. 102.) al. Cf. supra §. 109.

هان vid. supra p. 168. sub دان

ـِى est suffixum usitatissimum, variis significationibus. Vocabulis, quae in litt. ا vel و exeunt, ope literae ى coniunctivae, signo Hamza insignitae, affigitur, iis autem, quae lit. ه occulta terminantur, ope literae ئ

euphonicae adiungitur, litera ة vel scripta vel omissa, ut supra §§. 104. 107. pluribus verbis expositum est.

Suffixum ـِی pro varia, quam obtinet, significatione modo *í* (یای معروف), modo *é* (یای مجهول) pronuntiatur:

I. Suffixum ـِی *í* format 1) Patronymica, Gentilicia et Relativa alia e. g. سلجوقی *Seldschukida*, هِندی *Indus*, اِیزدی *divinus*, شاهی *regius*, خانگی *domesticus* a خانه *domus*, طِلائی *aureus* a طلا *aurum*, فریبی *qui decipit*, *nebulo*, غَوغائی *qui strepitum, tumultum movet*, حِمایتی *tutor*, *custos*, خونی *sanguinarius*, *occisor*; 2) Abstracta varii generis e. g. شکیبائی *patientia* a شکیبا *patiens*, دوستی *amicitia* a دوست *amicus*, بندگی s. بندهٔگی *servitus* a بنده *servus*, مشغولی *occupatio* ab arab. مشغول *occupatus*, دلآزاری *afflictio animi* a دلآزار *animum affligens*, چوبانی *custodia pecoris* a چوبان *pastor*, دُزدی *furatrina* a دزد *fur*; 3) Nomina, quae temporis spatium indicant e. g. دو سِه روزی *tempus duorum triumve dierum*, پانزده سالگی *quindecim annorum aetas*; 4) Infinitivo adiectum significat id quod aptum, conveniens est ob eamque causam یای لیاقت Ja convenientiae appellatur e. g. خوردنی *quod edendum est*, کردنی *quod faciendum est*, گُفتنی *quod dicere convenit*; vid. Pendnam. p. 47. Semelet ad Gulist. p. 67. Anvari Sooh. f. 209. r. l. 7. Soohrab p. 248. vs. 11. Secand. nam. p. 99. l. 12. et schol. ad h. l.

Digitized by Google

II. Suffixum ی ـِ *é* **articuli indefiniti** locum obtinet et format 1) **nomina unitatis** ut پادشاهی *res quidam*, نگاهی *unus intuitus*; 2) **nominibus numero sequenti definitis** affigitur e. g. تنی چند *personae quaedam, nonnulli*, خشتی دو سه *duo tresve lateres cocti*. Haud raro idem suffixum unitatem indicans numerali يك *unus* et, quod sequitur, nomini pleonastice affigitur ut يكی pro يك *unus*, يكی لشكری pro يك لشكر *unus exercitus*; 3) interdum indicat **rem novam, recentem** ut in loco Gulist. (p. 140. l. 6 et 7.): كه هر دم هوائی پزد وهر لحظه رائی زند وهر شب بجائی خسبد وهر روز یاری گیرد „*qui quovis momento* (novum) *desiderium excoquit et quavis hora* (novum) *consilium capit et quavis nocte* (alio, novo) *loco cubat et quovis die* (novam, aliam) *amicam assumit*"; 4) **emphatice** ponitur et exprimit **admirationem** e. g. كريمی *benignissimus* (Deus), خداوندی *deus altissimus*, شاهی *rex magnus*, مردی *vir fortissimus*; aut **vituperationem** e. g. چیزی *res exigua*, مگسی *musca vilis*; 5) additur nominibus, quae per se sunt indefinita, mente autem scriptoris re vera sunt nota et definita e. g. كسی *quidam* i. e. ille, quem mente habeo, ساز آباد خدایا دل ویرانی‌را *redde cultum, o deus, cor quoddam desertum* i. e. cor meum desertum Seven Seas t. VII. p. 33. l. 6 sqq. 6) Idem suff. ی ـِ *é* **articulum** quoque **definitum** exprimit, si sequitur pronomen relativum e. g. شكاری كه نازكتر آن بر گزید *praedam quamque delicatissimam elegit* Chrest. Sch. p. 44.

vs. 217. دانایانی که پیش از ما بوده اند *viri docti, qui ante nos fuerunt*, شرح الفاظی که درین علم مستعمل است *expositio vocum, quae in hac scientia adhibentur*, عروسی که خواستاری میکنی کدام است *sponsa, quam deposcis, quaenam est?* Anvari Sooh. f. 20. r. l. 21.

In nominibus compositis suff. ی — ultimo semper compositi membro affigitur e. g. ماه‌روئی مُشکبوئی دلکشی *persona lunae facie praedita, moschum redolens, animos attrahens*, دل از دست رفتهٔ *homo quidam cor perditum habens*, گفت وشنیدی *unum colloquium.* Idem fit in synonymis particula و coniunctis e. g. اهتزاز ونشاطی هرچه تمامتر *una exsultatio et laetitia perfectissima* et in nominibus genitivo aut adiectivo accuratius definitis e. g. صاحب دولتی *possessor quidam fortunae* (§. 127.), جسم فربهی *corpus quoddam pingue*, چنان وصال جان افروزی *talis coniunctio animum inflammans.*

ـِ یر — est sanscr. Taddhita इर vel ईर et format pauca adiectiva possessiva ut دلیر *cordatus, audax* a دل *cor.*

ـِ یش — vid. supra p. 169. sub ـِ ش

ـِ ین s. ـِ ینَه — format adiectiva possessiva et quae materiam rei plerumque significant e. g. زرین sive زرینه *aureus*, سیمین s. سیمینه *argenteus*, پشمین s. پشمینه *laneus*, پیشین s. پیشینه *anterior, praecedens.* Interdum scriptura defectiva ـِ نْ pro ـِ ینْ reperitur, ut رشکِن *invidiosus*, چرکِن *sordidus, foedus*, quae tamen in altera suffixi forma ـِ ینه non usitata esse videtur, quum schol. ad Secand. nam. p. 68. l. 6.

de voc. موینه pro موئینه dicat: موینه مخفف موئینه با همزهٔ ملینه لیکن این قسم در جای دیگر بنظر نیامده. اما همین بیت سند است — Raro suffixum ـَینه abundat e. g. in گنجینه pro گنج *thesaurus* vid. SEC. NAM. l. l. — Suffixum convenit cum s. Taddhita इन् vel इन.

COMPOSITA.

COMPOSITA VERBALIA.

257. Verba persica aut cum praefixis composita esse, aut cum praepositionibus componi posse, iam supra §. 197 sqq. pluribus verbis expositum est. Praeterea cum aliis quoque vocibus, arabicis praesertim nominibus actionis, multa verba composita inveniuntur, quorum usitatissima sunt synonyma کردن et ساختن *facere* et, quae in compositione usu et significatione cum illis conveniunt et permutantur, verba داشتن prop. *tenere, habere*, فرمودن prop. *imperare* et نمودن prop. *monstrare*. Sequuntur literarum ordine cum aliis disposita:

آمدن *venire, fieri*, ut پدید آمدن *palam fieri, prodire*; خوش آمدن *placere*; سیر آمدن *satiari*.

آوَردن *ferre, afferre*, ut اندیش آوردن *meditari, deliberare;* روی آوردن *contendere;* بجا آوردن *praestare, exsequi.*

بُردن *ferre*, ut رامش بردن *gaudere, laetari;* فرمان بردن *imperio parere, obedire;* شرمساری بردن *erubescere, pudere;* نماز بردن *venerari.*

خَوردن *edere*, ut غم خوردن *molestiam perpeti, affligi, anxium esse;* سوکند خوردن *iurare.*

دادن *dare*, ut تصمیم دادن *firmiter constituere;* بر باد دادن *dissipare, dilapidare.*

داشتن *tenere, habere* in composit. usu et significatione convenit cum ساختن vel کردن *facere*, فرمودن *imperare*, نمودن *monstrare* e. g. اِنتِظار داشتن *exspectare;* اِحتِیاج داشتن *indigere, opus habere;* اهلیت واِستِحقاق داشتن *dignum esse.*

دِیدن *videre, animadvertere*, ut رعایت دیدن *honorari.*

زَدن quod in gen. *agitationem* quandam et *motum* indicat, ut رای زدن *deliberare;* داستان زدن *narrationem proferre, enarrare.*

ساختن *facere* usu et significatione convenit cum

synonymo کردن et cum داشتن , فرمودن et نمودن q. v.

شُدن *fieri*, ut شرمسار شدن *pudore affici*; آگاه شدن *certiorem fieri*; انجُمن شدن *congregari*.

فَرمُودن *imperare* in composit. usu et significatione convenit cum ساختن vel کردن *facere* q. v., e. g. کرامت فرمودن *largiri*; قتل فرمودن *interficere*; اِستِعلام فرمودن *sciscitari*.

کَردن *facere*, ut پرستِش کردن *adorare*; مُراجعت کردن *redire*; اِستِقبال کردن *obviam ire* al. vid. sub ساختن , داشتن , فرمودن et نمودن.

گَردِیدن *fieri*, ut پُر گردیدن *impleri*.

گِرِفتن *prehendere*, *capere* e. g. قرار گرفتن *confirmari*; اِلتِهاب گرفتن *ignem, flammam concipere, flammis incendi*.

گَشتن *fieri*, ut نُمودار گشتن *manifestum fieri*, روان گشتن *decurrere, defluere*; مُتوَقِّف گشتن *morari*.

نُمُودن *monstrare* in compositione usu et significatione convenit cum ساختن vel کردن et cum داشتن et فرمودن q. v., e. g. اِستِعانت نمودن *auxilium petere*; اِعلام نمودن *certiorem facere, indicare*; اِنتِزاع نمودن *eripere*.

یافتن *invenire*, ut اِطّلاع یافتن *animadvertere, certiorem fieri;* آگاهی یافتن idem; اِنهزام یافتن *fugae se dare, fugere.*

COMPOSITA NOMINALIA.

258. Compositorum nominalium et varietate et elegantia persica lingua ceteris si non excellit, a nulla tamen superatur. Indi imprimis et Persae in componendis nominibus optime consentiunt, sed grammaticorum nullus est, qui persicorum nominum componendi rationem accurate exposuerit.

Persica composita, ut sanscrita, in sex classes apte distribui possunt, quas Indorum grammatici terminis technicis Dvandva द्वन्द्व, Bahuvrîhi बहुव्रीहि, Karmadhâraja कर्मधारय, Tatpuruscha तत्पुरुष, Dwigu द्विगु et Avyayîbhâva अव्ययीभाव nuncupant.

I. COMPOSITA COPULATIVA (DVANDVA).

259. Copulativa composita dicuntur nomina, sine copula, ut in sanscrita lingua, inter se coniuncta. In persicis copulativis talis quoque coniunctio locum habet,

saepius tamen copula و *et* inserta est, quae in eiusmodi maxime compositione etiam وُ *ú* pronuntiari solet, aut alia copulandi vocalis vel particula compositi membra inter se coniungit. Quatuor imprimis distinguuntur copulativorum genera:

1) Primum duobus Imperativis verborum eiusdem maxime significationis constat e. g. تَكُوپُو vel تَكُوتَاز s. تَكْتَاز proprie *curre et discurre* i. e. *discursus, diligens inquisitio.*

2) Secundi generis prius membrum est Infinitivus apocopatus, posterius Imperativus eiusdem verbi e. g. شُسْتُوشُو proprie *lavare et lava* i. e. *lavatio;* جُسْتُوجُو s. جُسْتْجُو proprie *inquirere et inquire* i. e. *inquisitio, investigatio;* رُفْتُورُوب proprie *verrere et verre* i. e. *verrere, purgatio;* كِشْتُوكَار proprie *seminare et semina* i. e. *seminatio;* كُفْتُوكُو s. كُفْتْكُو proprie *loqui et loquere* i. e. *collocutio, disputatio.*

3) Tertium genus duobus Infinitivis apocopatis constat, qui contrariae sunt significationis e. g. نِشَسْتُ وبَرخاست *sedere et surgere;* آمَدُورَفت vel آمَدْشُد *venire et abire, ultro citroque commeatus;* كُفْتُ وشَنيد *loqui et audire* i. e. *collocutio, disputatio.*

Digitized by Google

4) Quartum denique genus ex duobus substantivis eiusdem aut diversae significationis est compositum ut آبُورَنگ (*aqua et color*) met. *vigor;* مَرزُوبُوم s. مرزْبوم (*confinia et regio*) *confinia regionis*, *patria*, *locus ubi quis considet.*

. Loco particulae و *et* duo copulativorum membra interdum longa vocali ا ـَ *â* inter se coniunguntur, quae in nonnullis etiam corripitur e. g. تگاپو pro تگوپو *discursus;* رَستاخِيز s. رستَخيز proprie *liberari et surgere* i. e. *resurrectio*, cf. schol. ad SECAND. NAM. p. 25. fin.; رَوَارَو (Imp. verbi رفتن *ire*) adv. *pedetentim, unus post alium.*

260. Eodem modo e nominibus substantivis formantur composita copulativa, quae adiectivorum vel adverbiorum significationem accipiunt. Tum utrumque membrum aut unum idemque est nom. substantivum ut رنگارنگ *versicolor;* لبالب *ad marginem plenus*, *redundans*, adv. *a labio ad labium;* سراسر (pro سر بسر adv. *ab extremo ad extremum*) adi. *totus*, adv. *omnino*, *prorsus;* مالامال *repletus*, *refertus;* روزاروز *alternis diebus*, *quotidie;* سالاسال *alternis annis;* دُمادُم *successive*, *unum post alterum;* aut unum compositi

membrum alteri significatione est oppositum e. g. سراپا (pro سر تا پا adv. *a capite ad calcem*) adi. *totus*, adv. *totum*; شباروز *diu noctuque*.

261. Denique composita copulativa, quae adverbii habent significationem, formantur ex uno eodemque nom. substantivo bis posito, quorum posterius praepositione praefixa بِ cum priori est coniunctum e. g. جُوبِجُو *e loco ad locum*; ساعت بساعت *per singulas horas*; شهر بشهر *ab urbe ad urbem*.

II. POSSESSIVA (BAHUVRIHI).

262. Composita possessiva sunt adiectiva vel appellativa, quae exprimunt personam vel rem possidentem id, quod singulae compositi partes designant, ea quidem ratione, ut notio possidentis mente semper suppleatur. Prius possessivorum membrum, praeter verbum, coniunctionem et interiectionem, quaeque alia orationis pars esse potest, saepissime tamen est nomen adiectivum vel substantivum; posterius autem semper est nomen substantivum, vel adiectivum substantive accipiendum. Praeterea utrumque membrum etiam aliud compositum esse potest.

1) Si duo membra sunt **substantiva** e. g. گلرخ *rosae genas habens (rosenwangig)*; شیردل *animo leonis praeditus (löwenherzig)*; فلك ارتفاع *coeli altitudinem habens (himmelhoch), altissimus*; خرگوش *(aures asininas habens) lepus.* — Huc pertinet etiam vocab. فام s. وام *color*, quod tamen in compositione tantum hac significatione usurpatur, ut supra §. 256. p. 170. s. v. expositum est.

2) Si prius membrum est nomen **adiectivum** vel **participium** e. g. خوبروی *pulcra facie praeditus*; سیاه چشم *nigris oculis praeditus (schwarzäugig)*; گشاده دل *cor apertum habens, laetus*; بینادل *animum perspicacem habens, ingeniosus*; نیکنام *bonum nomen habens, celeber*; سیاهگوش *aures nigras habens*, nomen animalculi.

3) Si prius membrum est **pronomen** aut **numerale** ut اینگونه *hoc colore praeditus, ad hanc speciem pertinens*; چهارپا *quatuor pedes habens, quadrupes*; پنجپا *quinque pedes habens, cancer.*

4) Si prius membrum est **particula** quaedam, praeter coniunctionem et interiectionem, ut **praepositio** e. g. بخرد *cum intellectu, intelligens* ex praep.

Digitized by Google

بَ et خِرَد *mens, intellectus,* abiecta prima vocali *i; بَعِزّت cum gloria, magnificus; بَشتاب cum celeritate, festinans, rapidus;* باامید *cum spe, sperans;* باوفا *cum fide, constans, fidelis;* بی گُناه *sine culpa, innocens;* aut particula negativa e. g. نااُمید *spei expers;* aut adverbium e. g. فِرو *deorsum, infra* in فِرومایه *naturam, indolem inferiorem habens, ignobilis, vilis, abiectus;* هم *simul, una* in همخانه *in eadem domo habitans, contubernalis;* همراه *socius itineris, comes* al.

5) Denique si unum alterumve membrum est compositum, ut ماه وخورشید چهر *lunae et solis faciem habens,* cuius prius membrum ماه وخورشید est compositum copulativum; ناپاك راى *consilium inpurum habens,* cuius prius membrum est compositum determinativum.

III. COMPOSITA DETERMINATIVA (KARMADHARAJA).

263. Determinativa duobus membris, uno eodemque casu positis, constant, quorum posterius priori membro magis definitur vel describitur. Saepissime substantivum cum antecedente adiectivo, vel adiecti-

vum cum antecedente substantivo coniungitur; prius tamen membrum, excepto verbo, alia quaevis orationis pars esse potest e. g. رخشنده روز *splendens dies;* نبرده‌سوار *strenuus eques;* سروبلند *instar cyparissi altus;* سروخِرامان *instar cyparissi cum fastu incedens;* زررزرد *ut aurum flavus (goldgelb);* نورسیده *nuperrime pubertatem ingressus;* ناپاك *impurus;* ناتُوان *impotens;* نیكزشت *valde turpis, pessimus;* نیكسهل *facillimus;* همزاد *una natus, congenitus, coaetaneus* (§. 220, 1. p. 117.); مردگدا *mendicans;* زن‌گدا *mulier mendicans;* نرگاو *bos;* ماده‌گاو *vacca.*

Composita determinativa etiam esse videntur voc. مای هند *India* et ماچین *Sina*, nam prius membrum مای s. ما sine dubio est sanscr. मह्रा, quod initio compos. pro महत् *magnus* saepissime legitur (Bopp Krit. Gram. p. 352. s. v.), ita ut proprie significent *magnam Indiam* et *magnam Sinam*. Vid. Glossarium nostrum persico lat. ad Chrest. Schahn. p. 238. s. v. مای.

IV. COMPOSITA DEPENDENTIAE (TATPURUSCHA).

264. Talium compositorum prius membrum e posteriori semper pendet, ea quidem ratione, ut, praeter

Digitized by Google

Nominativum et Vocativum, cuiusvis casus rationem exprimere possit. Compositum aut duobus substantivis constat, aut substantivo et sequenti adiectivo vel participio. Saepissime tamen posterius membrum est ipsa verbi radix, quae in Imperativo apparet, et, ut in sanscrita lingua, nominis agentis locum obtinet v. c. धर्मविद् *ius* vel *officium noscens*, *iuris peritus*. Exempla sunt: پندنامه *liber consiliorum;* رزمگاه *locus proelii;* جهان آفرین *mundi creator;* مطمورهٔ عدم نشین *sedens in fovea nihili* (§. 270.); شاهزاده *rege natus;* پاکدید *qui purum, sanctum vidit, purissimus;* خون آلود *sanguine perfusus;* خشم آلود *ira infectus;* سرآمد *(qui ad finem pervenit) eximius, excellens* *); عالم افروز *mundum illuminans;* دلآزار *animum affligens;* رهنما *viam monstrans, dux;* شیر خوار *lac sugens, lactens;* نامدار *nomen, famam habens, celeber;* باژخواه *exactor vectigalium;* پیغمبر *nuntium afferens, nuntius, legatus;* بداندیش *mala cogitans;* جهاندیده *qui mundum vidit, prudens;* کاردیده *vir usu peritus,*

---

*) De participii praet. formis دید, آلود et آمد pro دیده, آلوده et آمده vid. supra §. 220, 1. p. 117.

usu et exercitatione praeditus; کاردان *rerum peritus, gnarus*.

265. Ad hanc classem ea quoque composita referenda sunt, quorum ultimum membrum est substantivum vel adiectivum, quod praeter compositionem nunquam vel raro tantum legitur, e. g. بان *custos, dominus, possessor* in دربان *portae custos, ianitor;* باژبان s. باجبان *qui vectigalia accipit, dominus vectigalium;* مهربان *amorem, misericordiam habens, amans, benevolus*, cf. SECAND. NAM. p. 154. l. 5 sqq., et vocabula بد, دان, زار, سار, سان, ستان, فام s. وام, گار et گر, گان, مان al., quae suffixorum instar in fine affiguntur et supra §. 256. s. v., ubi de suffixis agitur, pluribus verbis sunt exposita.

V. COMPOSITA COLLECTIVA (DWIGU).

266. Collectiva proprie sunt composita determinativa, a quibus eo tantum differunt, quod collectivorum prius membrum est Numerale, quo posterius accuratius definitur e. g. چهار دریچه *quatuor fenestrae*, quo metaph. intelliguntur *auris, oculus, nasus* et *os;* پنج شعبه *quinque sensus;* چهار نظم *quatuor ele-*

menta; ایوان دماغ سه *tres domus cerebri* i. e. sedes cogitationis, imaginationis et memoriae; سه جاده *tres viae maiores* i. e. tres distantiae: longitudo, latitudo et profunditas; سه فرزند *tres filii* (naturae) i. e. tres rerum creatarum ordines: regnum vegetabile, animale, et fossilium.

VI. COMPOSITA ADVERBIALIA (AVJAJIBHAVA).

267. Composita adverbialia sanscrita formantur e voce indeclinabili et sequenti substantivo, cui neutralis datur terminatio v. c. असंशयम् *sine dubio,* ex अ privativo et संशय m. *dubium,* addita terminatione neutr. म्. Persica autem composita adverbialia a ceteris forma non differunt, quum Persae genera terminatione non distinguant et nominibus adiectivis et substantivis, tam simplicibus quam compositis, pro adverbiis uti possint. Pauca tamen sunt composita adverbialia, quae adverbiorum tantum habent significationem e. g. بیگمان *sine dubio;* ناگاه s. زناگاه *ex improviso, subito;* بدر (in porta) *extra, foras;* اندر دمان *cito, festinanter;* در زمان (in tempore) *statim;* کجا (§. 186.) *ubi, quo, quomodo?* بمانند *instar, sicut;* هرگاه *semper* al.

DE SEX COMPOSITORUM CLASSIBUS IN UNIVERSUM.

268. Quamquam omnia composita in sex classes apte distribuuntur, idem tamen compositum diversa significatione classis diversae esse potest. Ita v. c. compositum determinativum خوبروی *pulcra facies* et collectivum چهارپاره *quatuor frusta* etiam composita possessiva esse possunt significatione *pulcra facie praeditus* et *ex quatuor frustis* vel *partibus constans*.

269. Compositi membra saepissime quidem sunt simplicia, sed alterum utrum vel utrumque etiam compositum esse potest e. g. سخن گوی پیر *eloquens senex* est comp. determinativum, cuius primum membrum سخن گوی *eloquens* est comp. dependentiae, quum proprie significet *verba faciens*; سروپا برهنه *capite et pedibus nudus* Gulistan p. 61. l. 20. est comp. dependentiae, quod constat e composito copulativo سروپا *caput et pes* et adiectivo برهنه *nudus*; دل از دست رفتهٔ *cor e manibus elapsum habens* i. e. *timidus* Gulist. p. 117 fin. est comp. possessivum, cuius postremum membrum از دست رفتهٔ *e manibus elapsus* est comp. dependentiae.

Digitized by Google

270. Haud raro unum compositi membrum constat e duabus vocibus in regimine positis et Genitivi nota *i* inter se coniunctis, ut in compositis dependentiae مطمورهٔ عدم نشين *sedens in fovea nihili* et برادرِ مادر زاده *a fratre matris procreatus*, aut e substantivo et sequenti adiectivo, ut in composito dependentiae گلِ تازه دسته *rosarum recentium pugnus.*

271. De compositi membris in scribendo coniungendis vel separandis quum grammatici Persarum nihil praecipiant, utraque scribendi ratio, quam in libris manuscriptis et impressis aeque usitatam invenies, ut lubet, adhiberi potest.

Digitized by Google

PARTICULAE.

ADVERBIA.

272. **A**dverbia persicae linguae neque terminatione, neque propria formandi ratione ab aliis orationis partibus differunt, quum eorum loco aut aliarum orationis partium formae in usu sint, aut vocabula, quae adverbii tantum significatione usurpantur. Adverbia igitur sunt:

1) Substantiva simplicia vel composita, Accusativo, casu adverbiali, accipienda e. g. نام s. नाम *nomine*, راز *clam*, زینهار s. زنهار *cave*, باز *retro*, *rursus*, گاه *interdum*, شام *vesperi*, باری *semel*, گرد *circum*, *circa*, بالا *supra*, روز وشب s. شب وروز *dies noctesque* i. e. *semper*, سال وماه *annis et mensibus* i. e. *semper*, إمروز pro اینروز *hoc die*, *hodie*, إمشب

Digitized by Google

pro اینشب *hac nocte*, هر روز *quotidie*, هر سال *quotannis*, پار سال *anno praeterito*, پیرار سال *tertio abhinc anno*; پاره پاره *frustatim*, هر گاه *omni tempore, semper*, آنگاه *illo tempore, tum*, اینجا *hoc loco, hic*, هر جا *ubicunque*, چپ وراست *sinistrorsum et dextrorsum*, بام s. بامگاه s. بامداد s. بامدادان cum terminatione plur. *diluculo, mane*, پگاه idem al.

2) Substantiva cum praepositionibus e. g. بگرد *circum, circa*, بکردار *instar, sicut*, در نهان *in occulto, clam*, بدین گونه *tali modo, ita*, از بامداد *mane*, بویژه *peculiariter, praecipue*, زناگاه *ex improviso*, پس آنگاه *postea, deinde* al.

3) Adiectiva, tam simplicia, quam composita ut بلند *alte*, دور *procul*, زود *cito*, نیك *bene, valde*, خوار *contemtim*, دیگر *aliter*, پیدا *palam*, هیچ s. ایچ adi. *ullus*, adv. *unquam*, cum negat. *nunquam, nihil*, چند s. چندی adi. *aliquot, multi*, adv. *multum*, چندان s. چندین addito pron. dem. آن vel این adi. *tot, tantus*, adv. *tantum, multum, valde*, چنو vel چنان vel چنین, comp. ex adv. comparativo چن pro چون *sicut* et pron. 3 pers. او vel dem. آن et این adi. *talis*, adv. *tali modo*,

ita, روشن دل *corde, animo sereno, laeto*, پوی پوی (Imp. a پوئیدن *currere* repetitus §. 259, 1.) *cito, citissime*, بی کُناه *innocenter*. — Huc quoque referenda sunt composita ا copulativo formata (§. 260.) ut سراسر *omnino, prorsus*, سراپا *totum*, روزاروز *alternis diebus, quotidie* al. et quorum membra praepositione بَ inter se sunt coniuncta (§. 261.) e. g. روزبروز *de die in diem, quotidie*, ساعت بساعت *per singulas horas*, جوبجو *a loco ad locum* al.

4) Adverbia, quae proprie dicuntur et adverbiali tantum significatione sunt usurpata. Sequuntur ordine alphabetico digesta:

آذون *eiusmodi, ita* Boorh. Qat., cf. infra ایدون; آری *sic*; اکنون s. کنون *nunc*; اندرون s. دَرون *intus*; اندی *fortasse*, 2) *peculiariter, imprimis*, 3) *olim*, 4) *pariter, etiam* Boorh. Qat.; اندیك (cum ك diminut.) *fortasse*, 2) *propterea, propterea quod* Boorh. Qat.; ایذر *hoc loco*, *hic*, 2) *nunc*, 3) i. q. اینك *ecce* Boorh. Qat.; ایذون *huiusmodi*, 2) *hoc loco, hic*, 3) *nunc*, qua significatione et ایَذون pronuntiatur et una cum vocabulo آفون respondet s. अधुना vel इदानीं *nunc*;

Digitized by Google

پرن *heri;* پرندوار s. پرندوش *nocte hesterni diei;* پرير *nudius tertius;* بيرون s. بِرون *extra, foras;* بِنِيز *nunquam;* تا *usque, usque ad,* praepositione بـ sequente vel omissa; دوش *hesterna nocte;* دى vel روز دى *heri, hesterno die;* فرا quod aeque ac فِرو vel فِرود verbis maxime praeponi solet et significationes *supra, versus, penes, ante, in* a sanscr. voc. पर, परा, परि et प्र mutuatum est. Saepe etiam ut sequens وا est particula expletiva (§. 199. p. 106.); فراز s. पराच् *ex adverso, obviam,* 2) *prope,* 3) *retro, post,* 4) *rursus* al.; فردا *cras;* فِرو ante consonantem, vel فِرود ante vocalem *deorsum, infra, sub* et particula expletiva; وا *rursus, denuo,* 2) *retro* lat. *re.* in compos., 3) *procul* Boorh. Qat.; هرگز *semper,* sequente negat. *nunquam;* هم ral. هما s. सम् *simul, una;* cum آن coniunctum همان *item, itidem, tantum;* همانا (ex هم et مانا) *itidem, verisimile, sine dubio;* هميدون (ex هم et ايدون) *statim,* 2) *eodem modo, loco,* 3) *subito* al. Boorh. Qat.; هَميشه *semper;* هَنوز *adhuc.*

273. **Denique aliquot adverbia ex Adiectivis addita in fine vocali ا *á* formantur, quae interiectionum saepe**

locum tenent e. g. آشکارا *palam* ab آشکار *manifestus*; خوشا *bene, euge*, a خوش *pulcer, bonus*; بدا *male, phy* a بد *malus*; بسا *multum* a بس *multus, multi*; اندکا *parum* ab اندك *paucus* al.

PRAEPOSITIONES.

274. Plurimae Praepositiones origine sunt Substantiva, casu Accusativo accipienda, vel cum praepositionibus coniuncta, quae nominum instar Genitivi nota (§. 123 sqq.) cum sequenti vocabulo coniunguntur. Usitatissimae sunt: دَرُون s. اندرون (proprie subst. esse videtur a praepos. اندر s. در formatum signif. *interior pars*) *intra*; بالای s. بالا *(altitudo) supra*; برای s. برائی s. برایه (a از برای *causa* Boorh. Qat.) *propter*; پس *(postica pars)* sequente از, vel sine از, sive از پس, sive در پس *post, pone*; بهر *(sors, portio)* sive از بهر *propter, pro*; پهلوی *(latus) iuxta, ad*; پَی (pro پای *pes, vestigium, postica pars*) sive از پی *post, pone*, 2) *propter, pro*; بَجای (جای *locus*) *loco, pro, erga*; بِرون s. بیرون *(exterior pars)* et از s. در بیرون *extra*; پیش *(anterior pars)* et از s. در پیش *ante, coram*; جهت (vox arab. *latus, modus*) et

از جهت vel بجهت *propter, ratione;* زبر *(altitudo)* i. q. بالای *supra, super;* زروی s. از روی (a روی *facies, modus) secundum, ex, pro;* زی *(latus) versus;* زیر *(inferior pars)* et بزیر s. در زیر *infra, sub;* سوی *(latus)* et بسوی *versus, ad;* فراز *(altitudo* a فراختن*) supra;* گرد *(circulus)* et بگرد *circa, circum;* میان *(medium)* et در میان *in medio, inter;* نزد vel نزدیك *(propinquitas)* et بنزد s. بنزدیك *prope, iuxta, apud, ad.*

275. Praepositionum, quae proprie dicuntur, et ut Praepositiones tantum usurpantur, aliae duplici forma sunt usitatae, separata nimirum et praefixa, aliae separatae tantum reperiuntur.

a) Praepositiones separatae simulque praefixae duae sunt اَز *ex, de, ab* et بَه *in, ad, cum,* quae forma inseparabili literas ا et ه abiiciunt, vocali *a* praepositionis از simul cum *i* permutata, ita ut oriantur praefixa زِ et بِ. Cf. §§. 79. 80. 84.

b) Praepositiones separabili tantum forma usitatae sunt: اَنْدَر vid. infra در; با (rar. ابا, فا et وا) *cum;* بَر (rar. ابر s. उपरि) *super;* بِی (rar. ابی s. वि, विना) *sine;* جُز s. جُزْ *praeter, praeterquam* et دَر vel اَنْدَر, quo poetae imprimis utuntur, s. अन्तर् *in.*

PARTICULAE NEGATIVAE.

276. Negatio simplex et nuda exprimitur particula نه s. न *non.* Eiusdem particulae duae aliae extant formae, una نَ inseparabilis, abiecta lit. ه, altera نا producta vocali *a*, quae tamen in compositione tantum adhibentur, ea quidem ratione, ut prior verbo, posterior nomini praeponatur e. g. نگوید *non dicit,* ناپاك *impurus* vid. supra §§. 232 sqq. et 263.

277. Rarius alia particulae negativae forma نی legitur, quae utrum vocali *a* pronuntianda sit, an vocali *i* non constat, quum ipsi Persarum grammatici in illius pronuntiatione haesitent. Vid. Lumsden a Gramm. t. II. p. 548.

Utraque particula repetita نه — نه vel نی — نی respondet lat. *neque* — *neque.*

278. Negationi exprimendae inservit etiam adv. کم *parum*, ut in Syntaxi pluribus exemplis demonstrabitur.

279. Particula prohibitiva est مه separabilis s. मा *ne*, a qua abiecta lit. ه formatur altera forma inseparabilis مَ, Imperativo praefixa. Vid. supra §. 232 sqq.

Digitized by Google

ADVERBIA INTERROGANDI.

280. Persae interrogationem nudam et simplicem non particula, sed ipsis orationis contextis et verborum collocatione indicant, de quo plura in Syntaxi.

281. Interrogatio duplex et directa exprimitur particula interrogandi آیا *num*, quam sequitur یا *an*; si est indirecta, initium facit pron. interrogativum کِه *utrum*, quod sequitur یا vel ویا *an*.

282. Adverbia interrogandi a pronn. interrog. originem ducunt, et sunt:

1) چند *quot*, چون s. چو *quomodo*, کَی (ex sanscr. them. interrogativo कि cll. pers. کہ s. کِ s. کِی §. 192. formatum) *quando*, *quomodo*, *cur* et کُ pro کُو (sanscr. them. interrog. कु), quod tamen in compositione tantum usurpatur (§§. 186. 187.).

2) Ipsa pronn. interrogativa casu adverbiali posita, aut cum praepositione coniuncta, ut چه *quomodo*, چرا pro چه‌را (§§. 185. 189.) vel از چه *cur*, *quare*, از بهر چه idem.

3) Substantiva cum pronn. interrogativis coniuncta e. g. چگونه pro چه گونه *qua ratione*, *quomodo*, کُجا pro کُوجا *quo loco*; *ubi* (§. 186.).

CONIUNCTIONES.

283. Plurimae linguae persicae coniunctiones ad alias orationis partes referri possunt, paucae tantum re vera sunt primitivae. Coniunctiones sunt:

1) Pronomina relativa كه *ut, quia, nam;* چه *quia, nam,* repetit. چه — چه *quum — tum, et — et;* چه — یا *sive — sive* CHREST. SCHAHN. p. 47. vs. 250., ubi pro با leg. یا.

2) Praepositiones cum nomine, vel pronomine demonstrativo coniunctae et sequente coniunctione كه vel چه e. g. از آنجهت s. از اینجهت *ideo,* seq. كه *ideo quod;* از بهر چه vel بحكم كه *propterea quod, quia;* با آنكه *quamvis;* از آن پس *postea, deinde, tum,* seq. كه *ex quo tempore, ex quo.*

3) Adverbia cum coniunctionibus كه et چه coniuncta ut پس آنگاه كه *postquam;* چنان كه vel همچنانكه rar. چنان چه vel همچنانچه *sicuti, ita ut;* چندانكه rar. چندانچه *simulac, quotiescunque, quamquam, etsi;* هرچند كه vel هرچند sine كه, vel چند *quotiescunque, quamquam, etsi;* همانا كه *quasi, ita est ac si.*

4) Ipsa Adverbia semel vel bis posita e. g. هم *etiam,*

Digitized by Google

repetit. وهم — هم *tam — quam*; زمانی *interdum* repetit. زمانی — زمانی *modo — modo.*

284. Coniunctiones, quae proprie dicuntur, sunt: ازیرا s. ایرا i. q. زیرا *propterea, ideo*; اگر poet. گر s. ار et cum cop. و *et* coniunctum وگر s. ور *si, quando,* seq. چه *quamvis, etsi,* seq. نه *nisi*; تا *tamdiu, quoad, dum,* 2) *donec,* 3) *antequam,* 4) *ut,* 5) *utinam*; چو vel چون *instar, sicut,* 2) *quum, si, quia,* cum که coniunct. چونکه *si, quum,* cum هم composit. همچو vel همچون *plane ut, tamquam*; زیرا i. q. ازیرا s. ایرا praeced., cum که coniunct. زیراکه sive زیراك *propterea quod, quia*; کاج s. کاچ s. کاش vel cum کِی pro که coniunct. کاجکی s. کاچکی s. کاشکی s. کاشك *utinam*; گر i. q. اگر praeced.; مگر (e part. neg. م et گر composit.) *nisi, praeterquam*; 2) *fortasse,* qua significatione etiam coniunctio که sequitur; نیز *etiam*; وَ vel وِ part. copulat. *et,* quae ut arab. copula وَ, quacum consentit, semper praefigitur; یا vel ویا *aut, vel, sive,* repetit. *aut — aut, sive — sive.*

INTERIECTIONES.

285. Interiectiones persicae maximam partem sunt primitivae et e lexicis petendae. Usitatissimae sunt: آه *ah, vae*; اِی *o, heus*; آیا *o, eheu*; وای rar. وا *vae, heu*; هان هان et repetit. هان وهان *cave*, 2) *festina, cito*; هو *o, vae*, 2) *cave*; هی *cave*, 2) *euge*; هین *festina, cito*, 2) *cave*.

286. Praeterea Interiectiones dolentis vel lamentantis exprimuntur substantivis adverbialiter positis, aut addita in fine Vocativi nota ا ـــ e. g. دَریغ vel دَریغا *(recusatio) proh dolor!* دَرْدا *(dolor)* idem; اَفْسوس *(iniustitia) vae!* al.

Interiectio اینَك *ecce* proprie est forma diminutiva pronominis demonstrativi این *hic*.

287. De arabicis Interiectionibus, quibus Persae saepissime utuntur, vid. beat. Silv. de Sacy Gramm. arabe. t. I. p. 574 sqq. cll. p. 506 sqq. et Ewaldi Gramm. crit. ling. arab. t. I. p. 363 sqq.

Digitized by Google

INDEX

VERBORUM IRREGULARIUM ALPHABETICO ORDINE DIGESTUS.

VA1 1513944